636.3

TRACTATVS
DE CATARRHO
CLARISSIMI DOMINI HIERONYMI AC-COROMBONI EVGVBII.

BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE 1872

VENETIIS

M D XXXVI.

Digitized by Google

636.1-3 163

SANCTISSIMO PAPAE
Paulo tertio Pont. Max. poſt deuotum pedum Beatiſſimorum oſculum, Hiero. Acco. Eugubius Felicitatem. D.

DVm ſuperioribus annis & Leonis X Pont. Max. & deinde Clementis VII Medicus eſſem memini te Beatiſſime P. Qui eo tempore in minoribus eras Morbo quē fluxionem ac diſtillationem noſtri, Græci catarrhum appellant ſolitum ſæpius infeſtari, qui nunc oculos nunc fauces interdum pectus nonnunquam aliquam aliam corporis particulam inuadens varijs te morbis afflictabat, atq; tūc ego (verbis ab ſit oſtentatio) impenſius de ſalute tua quàm vel ingenua, patroni clientela poſtulaſſet ſollicitus fui perinde atq; præſagiens te eum fore cui Deus ſummam in eccleſia ſua poteſtatem conceſſurus eſſet, ad quā poſtquam Diuina prouidentia euectus es, & omnium Chriſtianorum oculi in te conuerſi, & Chriſtiane reipublicæ inſtaurationem necnon & Chriſtianorum Principum conciliationem ſperant, opis noſtre etiam exiſtimaui ut quantum in nobis eſſet integra & Diuturna ſanitate fruaris, ne uel omnium ſpes de probitate & magna nimitate tua concepta irrita fiat, uel ſenectutis incommodis tam præclaris negotijs prohibearis. Solet enim ſenectus humanum corpus infirmius reddere & uirtutes ipſum gubernantes temporis Diuturnitate labefactate non tam exacte q̄ in iuuentute ipſius ſuccos frenant & diſpenſant inde huc et illuc uagi diuerſis incommodis humana ipſa affligunt corpora, Rome præſertim quæ fluxiones alere plurimū conſueuit ut Ga. tanto tempore ante nos ſcriptū reliquit, quod cum

ſæpius mente reuoluerem beniuolẽtia, obſeruantia, ac integerrima fide quæ ſemper erga te maxime fuerũt ductus opuſculum hoc compoſui & nomini tuo dicatum edidi, quo plene docemus quibus auxilijs catarrho tam cal do q̃ frigido laborantes ſanitatem facile recuperare poſſint quod ſi Beatitudini tuæ placuiſſe cognouero: quod fore confidimus: dabimus operam ut quicquid otij nobis reliquum fuerit id totum in tuam gratiam expendamus, dicemur q́; per te non ſolum noſtræ ætatis hominibus ſed poſteris quoq; plurimum profuiſſe tu felix & diu uiue. P. Beatiſſime.

Google

TRACTATVS DE CATARRHO
Clariſſimi domini Hieronymi Accorom *boni* Eugubij.

D plenam perfectamq; notitiam eorum quæ de catarrho in hoc tractatu dicturi ſumus eſt a nobis præmittendum inueniri tam apud Græcos *q̃ apud* Arabes *& latinos iſta nomina catarrhus,* Coryza,*& branchus, quæ tria in radice idem dicunt redundantiam uidelicet cerebri ſeu excrementum ab ipſo ad alia membra delegatum.* Diuerſa *tamen ſortita ſunt nomina ex locorum diuerſitate ad quæ ueniunt, nam ſi ad os & circa gurgulionem fluxerit uſq; etiam ad pectus & catarrhus & diſtillatio dicitur, ſi uero ad nares grauedo & coryza, ſi uero ad fauces, brancus nominatur & raucedo.* Idq; *tertio de ſymptomatum cauſis folio penultimo* Ga.*nos docuit dum dixit exempli cauſa tum diſtillationis, tum grauedinis hæc coryza, illa uero catarrhus nominatur cauſa eſt cerebrum ut pars quidem ſimilaris uel à frigore uel à ſolis ardore ad intemperiem reductum,ut inſtrumentum uero quatenus à plenitudine infeſtatur:& dixit hoc quoniam diſtemperantiæ in temperaturis in calido frigido humido uel ſicco debetur membris inquantum ſimilaria ſeu ſimplicia ſunt & enim eis ut talia debentur temperature repleri uero uel exinaniri competit eis ut uias uel receptacula habent,habere autem iſta ut inſtrumentalia ſunt non ut ſimplicia.* Et *proſequens* Ga. Dicit *igitur quemadmodum profluuium in uentre per cruditatem fieri ſolet,ita dictorum affectuum uterq; in cerebro,* Nominamus *autem diſtillationem ubi ad os excrementum defluxe=*

rit, Grauedinem uero ſi ad nares infeſtet. Raucitas *Greci branchum uocant ob diſtillationem imbutis faucibus fieri ſolit. Et in ſecundo prædictionum commento. 49. à principio, dixit humorem de naribus ſecretum tenuem & in coctum nominare ſolent omnes ueteres medici grauedinem, quemadmodum defluxionem talem ex palato ſecretum:* Quod *etiam brãchi uocantur raucedines, & coryʒę grauedines apparet ex aphoriſmo quadrageſimo ſecũde particulæ ubi in antiqua trãſlatione legimus branchi & coryʒe in ualde ſenibus &c. in noua legimus* Raucædines *& grauedines idẽ quoq; habetur in aphoriſmo. 14. tertiæ ubi enim in antiqua translatione.* Legimus *tuſſes branchi &* Coryʒe *fiunt in noua in qua iſte aphoriſmus eſt. 13. Dicit tuſſes raucedines & grauedines, in. 7. quoque decompoſitione medicinarum ſecundum locos quem librum multi appellant librum* Myamir *capite primo dicit branchum & inuocalitatem eſſe paſſionem eandem & ſolum magnitudine & paruitate alterã ab altera diſtare, nam quando uehementius & difficilius ſolui, profunduntur humiditate uocalia organa inuocalitas.* Quando *uero moderate profunduntur branchus fit.* Paulus *autem* Ægineta *conueniẽs cũ* Galeno *in ſententia de* Coryʒa *in alijs duobus inde brancho uidelicet & catarrho (niſi uitium ſit translatoris) diſcrepauit dixit enim libro tertio ſue practicæ cap 28. communis quidem* Coryʒe, *catarrho,* Raucedini, *tuſſiq; eſt excrementoſi à capite humoris in ſubiectas partes deſcenſus, qui ſi in nares diſtillando ingruit & eaſdem aggrauat* Coryʒa *malo nomẽ eſt. Si uero per palatum in fauces influit catarrhus ſimpliciter appellatur:* Sin *autem idem humoris deſcenſus in guttur & aſperam arteriam deferatur atq; interiorem eius membranam*

Digitized by Google

ſalebroſam reddiderit tum uox raucæ comitatur appellant q; branchum ſiue arteriacam malum, ecce in ſermonibus de brancho & de catarrho apparenter à Galeno diſcordat.

Aetius uero libro octauo cap. 53. de Catarrho & Coryza, quam mucum etiam uocat loquutus, de brancho nihil meminit ſimiliter neq; cap. 54. in quo de tuſſi egit dixit nanq; capite. 53. diſtillationis & muci cauſa eſt cerebrum, quod quidem frigore ad frigidam intemperiem deducatur, ab eſtu uero cale ſit, & repletur, & aliquibus interpoſitis de cauſis qualius caput ipſum alteratur ueniens ad has paſſiones dixit repletum itaq; caput rurſus ad ſubiecta membra humores demittit & ſi quidem ad nares hoc ipſum excremētum defluat Coryzam ſeu mucam appellare conſueuerunt, & latini amplius grauedinem, Si uero ad gurgulionem, qui & uua appellatur deſertur catarrhum ſeu diſtillationem generat &c.

Non inuenio ab Alexandro traliano Sermones aliquos de catarrho uel Coryza &c. Quod putamus fuiſſe quia crediderit ſuffeciſſe in hoc ſermones, quos longos de tuſſi fecerat in principio libri ſecundi ubi ſpecialiter etiam egit de ea quæ fit quādo ex capite defluit humor.

Cælius Antiquiſſimus author libro ſecundo practicæ cap. 7. in principio dixit fiet influxio nunc apud nares quæ appellatur Coryza, nunc ad fauces quæ appellatur brancus, nunc ad thoracem uel pulmonem quæ appellatur pthiſis, & in hoc ultimo membro diſcrepat à Galeno, & à Paulo ut ex iam dictis eſt notum, immo & à ueritate ipſa, non enim omnis influxio ueniens ad pectus & pulmonem pthyſim facit. Sed oportet membra hæc exulcerari. Et ideo Aetius melius dixit qui enumerans affectus qui ex defluxionibus iſtis poſſunt prouени-

Digitized by Google

nire inquit,eoq́; modo pulmo ipſis exulceratur uocaturq́; hæc affectio tabes.

Inter Arabes Raſis *nihil ſatu dignum de his affectionibus nobis tradidit ut ex ſcriptis ab eo facile patet,* Serapio *quoq; ſecundo breuiarij cap.deamonono breues admodum de catarrho ſermones fecit aſſerens cauſam omnium catarhorũ eſſe cerebrum,& licet poſuerit ipſos ad diuerſa membra demandari ipſorum tamen nomina non diſtinxit.*

Halya. *uero nono theoricæ cap.* 19. *dixit quæ in gurgulionis,gutturis,& canalis pulmonis indumento accidunt catarrhi ſunt,eſt autem catarrhus ſuperfluitatum humidarum fluxus & deſcenſus à cerebro ad nares,& gurgulionem meri & guttur canalemq́; pulmonis & ſi ſuperfluitas hæc ad nares deſcenderit coriza uocatur,quod ſi ad guttur & pulmonis canalem opermẽtumq; illa inuoluens exaſperauerit* Raucedo *fiet et tuſſis leuis,quod ſi ad pectus et pulmonẽ peſſima fiet inde tuſſis.* Demum *poſuit cauſas catarrhi de quibus infra.*

Meſue *autem poſt ſermones de egritudinibus neruorum loquens de catarrho dixit,Catarrhus eſt deſcenſus humorum à capite ad membra inferiora,cuius genera ſunt tria ſalicet coriza branchus,& tuſſis,& dicit dixiſſe hoc* Galenum *in libro ad* Glauconem,*quod quidem minime uerum eſt ſed legimus hoc à* Galeno *in tertio de ſympthomatum cauſis & in alijs locis ſuperius inductis,& declarato unde dicatur,brancus & inde coryza, & tuſſis, tandem concludit catarrhum eſſe genus ad illas tres egritudines, & ipſum non eſſe egritudinem de per ſe.*

Auicenna Fen *quinta tertij cap.* 11. *de coryza & catarrho dixit,hæ duæ ægritudines conueniẽtes ſunt in hoc* ꝙ *unaquæq;*

earum

earum eſt curſus materierum ex cerebro uerum quidam hominum ſunt. Qui approprient nomine Catarrhi illud quod deſcendit ad Guttur & nomine Coryzæ quod deſcendit ex uia naſi & quidam hominum ſunt qui nominant totum illud Catarrhum & nominant Coryzam quod deſcendit ex uia naſi ſubtile acutum ſeu ſalſum ut habet littera noua, frequens, & prohibens odoramentum effuſum ad oculum & autem faciei & penitus ad anteriora membra faciei &c. & in tantum extendit Auic. hoc nomen Catarrhus ut dixerit Fen ſecunda primi doctrina prima Capite quinto & omne quidem apoſtema quod cauſam non habet manifeſtam, & eius cauſa corporalis monſtrat materiam de uno membro ad aliud quod eſt ſub eo fuiſſe mutatam uocatur Catarrhus: ſed nos communiorem uſum bene loquentium inſpicientes uidemus nomen Catarrhi capi aliquando ab eis ſub contracto quodã ſignificato, ut uidelicet dicat materierũ fluxũ à cerebro ad guttur uel ad pectus ſub quo ſenſu uera fatentes dicẽt Galenum accepiſſe Catarrhi nomen in tertio de ſymptomatum cauſis loco ſuperius inducto. Aliquando uero ſublatiori capitur ſignificato, & tunc fluxum omnem materierum à cerebro ad quodcunq; membrum ſub ipſo poſitum dicunt Catarrhum: ſi uero non à cerebro, ſed à quouis alio membro ad membrum aliud fluat materia cum bona uenia Auicennæ catarrhum minime dicimus uerum dicimus cum Galeno nominibus, ut libet quis utatur. Nos igitur in hoc noſtro opuſculo loquentes de Catarrho uolumus nomen hoc non ſub contracto, ſed ſub communiori illo ſignificato eſſe intellectum ſecundum quem acceptionis modum pauca admodum humano corpori accidunt ægritudines, quæ non poſſunt à Catarrho

prouenire, & Gal. loco pauloante repetito aliquas enumerat ægritudines ab ipſo catarrho fieri conſuetas. plurimas uero Aetius & poſt ipſum Auic.

Liceat autem & nobis in hoc aliquantulum inſiſtere. Et primo dicimus ꝙ excrementa cerebri in ipſo cerebro remanentia aliquando morbum comitialem quem epilepſiam dicunt, aliquando uero Apoplexiam & reſolutionem quoq; .i. paralyſim inducunt, quæ tunc medietatem etiam faciei occupat quinimmo cerebri apoſtemata tum calida tum frigida & uertigines ipſe ſæpius inde oriuntur, uerum cum tunc excrementa illa in cerebro remaneant non forſitan catarrhus debent nuncupari niſi quis iure ſuo uelit omne cerebri excrementum catarrhum nominare, quod ſi ad neruos obticos ueniant & unum uel ambos integre obſtruant oculus alter uel ambo uiſione ex toto priuabuntur, quod ſi non integra ſed diminuta fiat. obſtructio non integra cæcitas ſed diminuta fiet uiſio poſſunt & ad tunicas oculorum uel etiam ad humores excrementa ipſa delegari & diuerſa inferre nocumenta ſimili quoq; modo inſtrumenta auditus, necnon & olfatus, & guſtus dum ad ipſa perueniunt ab ipſis multiphariam afficiuntur, pari quoq; modo dum ad os delegantur aliquando dentium corroſionem. corroſionem etiam gingiuarum, & aliquando tumorem: ad guttur uero ſi ueniant uel ad palatum Gargalienis ſeu uuæ tumorem uel corroſſionem faciunt & amigdolarum apoſtemata & ſynances & cætera id genus, pleureſes quoq; quum ad pectus deſcendunt inde generantur & aſmata & in pulmone phtiſis & peripleumenia. Spondilium quoq; diſlocationes & gibboſitates ex catarrhis fiunt.

Ventriculus quoque multipharìam ab eis afficitur propter ipſo rum nanque maximam colligantiam fit ut cerebrum uentriculo & uentriculus cerebro ſuas tranſmittat affectiones, ut Ga. aliquando dixit. Inde etiam iecur & mirach ſæpius male afficiuntur: inde in inteſtinis aliquando tormina, & aliquando abſceſſus, & aliquando excoriationes. Inde plures etiam articulorum dolores ortum trahunt, & denique difficile eſt in humano corpore inuenire membrum quod ab excrementis cerebri pati non poſſit: quæ ut pauloante dicebamus, tunc uerius dicuntur Catarrhus cum ad alia membra infra cerebrum defluunt, ex quibus omnibus facile eſt cognoſcere Catarrhum Coryzam branchumque cerebri eſſet paſſiones: & ideo dicebat Ga. loquens de Catarrho & Coryza, ut à principio annotauimus: igitur quemadmodum profluuium in uentre percruditatem fieri ſolet, ita dictorum affectuum uterque in cerebro, & ſimile dixit Paulus Ægineta, propter quod ſum ſæpius admiratus Auicennam qui Coryzam et Catarrhum inter naſi et non cerebri ægritudines poſuit, ſi enim inter ægritudines membri ad quod excrementa hæc defluunt uolebat has affectiones annumerare non inter ægritudines naſi tantum, ſed inter omnium ferè membrorum ægritudines annumerande erant, conuenientius itaque quis inter cerebri affectiones has collocabit, eſt enim omnis Catarrhus de quo nunc noſter eſt ſermo male affecti cerebri excrementum ad unum, uel ad plura ſubſtantium membrorum delegatum.

Recipit autem Catarrhus ipſe multipharìam partitiones, & prima partitio eſt ipſius penes actiuas qualitates, aliquis enim catarrhus calidus eſt, aliquis uero frigidus, aliquis uero ad neutrum horum extremorum notabiliter declinans. Altera ue

ro ipſius partitio eſt ex parte ſaporis, quidā enim catarrhus eſt ſalſus, quidam amarus, quidam acetoſus, quidam acutus, quidam ad dulcedinem declinans, quidam uero inſipidus partitur iterum Catarrhus & penes ipſius ſubſtantiam, nam alter quidem eſt ſubtilis, alter craſſus, alter uero medius inter ſubtilitatem & craſſitiem & inter craſſos quidem catarrhos alter eſt cum lentore.i.uiſcoſitate, alter uero minime lentus, inter ſubtiles etiam quidam eſt acutus excoriatiuus, quidam uero minime: Recipit & quarto partitionem penes colorem, nā quidam albus eſt, quidam citrinus flauus, quidā pallidus uel liuidus, immo & aliquando niger catarrhus Viſus eſt ac etiam Rubeus ſanguineus. Poteſt & penes eius quantitatē partitionem recipere, nam alter quidem Catarrhus multus eſt, alter autem paucus, poteſt & rurſus partiri penes horas in quibus accidit, nam quidam noctu magis profluit, quidam uero die licet Catarrhus ferè omnis noctu magis inualeſcat, eſt et penes tempus ipſius alia partitio, nam quidam eſtate quidam uero hieme maxime prouenit uel creſcit, hæc hieme magis excreſcat, ut Auic. cum Hippocrate. Dixit nec à ueritate alienum eſt ipſos uere etiam & autumno poſſe prouenire.

Modo ueniendum eſt ad cauſas Catarrhi quibus incognitis ad rectam ipſius curationem nequaquam accedere poſſumus, & primo quidem dicamus una omnis catarrhi eſſe primariam cauſam, uidelicet cerebrum ipſum male affectum, hec autem clare iam uidimus ex Galeni uerbis loco inducto de ſymptomatum cauſis, cum dixit tum diſtillationis tum grauedinis hæc coriza illa uero catarrhus nominatur cauſa eſt cerebrum, & paulo poſt dixit igitur quemadmodum profluuium in uētre per cruditatem fieri ſolet ita dictorum affectuum uterq; in cere-

bro. Et in 6. de tuenda ſanitate ſilio. 5. Dixit ut ſtatim in capite (neque enim alienum eſt ab eo cœpiſſe) quod intemperate naturæ ſit adeo ut multa excrementa gignat unde lædi ſi bene ſita mẽbra contingat in quedamque excrementa proa bueriñt.

Hoc ipſum in dubio ſibi uolunt uerba Pauli quæ ſuperius induximus & ſunt hæc communis quidẽ coryzæ, catarrhi, Raucedini, tuſſique eſt excrementoſi à capite humoris in ſubiectas partes deſcenſus &c. Idque ſane & profectò clarius confirmant uerba Aetij, cum dixit diſtillationis et morbi cauſa eſt cerebrum &c. hoc etiam affirmauit euidentius inter Arabes Serapio cum dixit cauſam omnium catarrhorũ etiã cerebrũ.

Et Auerroes dixit tertio collig. capite. 24. operatio uirtutis digeſtiue in cerebro aut diminuetur aut corrumpetur & ab hoc prouenit fluxus uel curſus ſuperfluitatum non coctarum à cerebro per nares & palatum &c. Hallicabbatis quoque & Auicenna uerba hoc idem oſtendunt ut ex his quæ ſuperius induximus haud obſcure eſt cognoſcere.

Sed ad pleniorem huius rei cognitionem ad ſermones magis particulares deſcendentes dicimus quod cauſarum catarrhi quedã ſunt procathartice, quædam uero corporeæ. i. in ipſo corpore catarrhizante inuente & procatharticæ quidem potiſſimum ſunt caliditas uel frigiditas licet humiditas quoque et ſiccitas ipſum aliquãdo producant illud, tamẽ eſt rarius et propter hoc Gal. 3. de ſympthomatũ cauſis ut ſuperius à principio induximus dixit tam diſtillationis quam grauedinis cauſam eſſe cerebrum uel à frigore uel à ſolis ardore ad intemperiem reductum nec de alijs duabus qualitatibus ibi meminit.

Paulus quoque. Aegineta cap. illo. 28. dum & catarrhi de coryzæ cauſas inueſtigat calorem & frigus tantum nomina

uit. Similiter & Aetius dum dixit diſtillationis & muci cau ſa eſt cerebrum, quod quidem frigore ad frigidam intemperiẽ deducatur ab eſtu uero calefit & repletur, & Auic. Fen illa V. cap. 11. dixit & cauſa omnium illorum aut eſt caliditas complexionalis proprie aut extrinſeca ex ſole aut Aere uehementer calido aut olfatu medianarum calefacientium ſicut muſci croci & cepe aut frigiditas complexionalis propria aut eueniens extrinſecus ex aere frigido &c.

Auerroes *quoq; cap. illo. 24. Tertij* Colliget, *longioribus uerbis declarauit quomodo & à calore & à frigore catarrhi proueniant neq; meminit de alijs duabus qualitatibus quas philoſophi paſſiuas uocant, inquit enim propterea quod hæc ſuperfluitas eſt nõ concocta dicimus quod cauſa efficiens hãc ægritudinẽ eſt debilitas uirtutis digeſtiue quæ eſt in cerebro propter malam complexionem dominantem ex frigiditate & hoc bene poteſt aſſignari in reumatibus ex cauſa frigida extrinſeca.* Sed Reumata *quæ fiunt à cauſis calidis extrinſecis recipiunt per ſcrutationem qualiter fiant per uiam debilitatis uirtutis digeſtiue. Et forte quod* Auerr. *in hoc dubitauit quoniam digeſtiua uirtus à calore roboratur, uolens igitur hoc declarare proſequitur inquiens propterea dicimus quod debilitas uirtutis digeſtiue hoc facit per accidens hoc eſt propter multam quantitatem materie & ipſius fluxũ, propterea quia calor facit fluere res congelatas diſſoluẽdo eas inſuper attrahit calor in cerebro à toto corpore ad caput & propter iſtam multam malam materiam quæ in cerebro colligitur prouenit accidens prænarratum, quia refrigerabitur & uirtus digeſtiua impedietur & fatigabitur circa cerebrum propter reparationem tante quantitatis ſuperfiue hæc* Auer.

In quibus uerbis ſatis declarauit Auerroes, quomodo catarrhi nō ſolum à frigore, uerum & à calore fiant, ſubtiauit tamen de humiditate & ſiccitate à quibus ſi non ita frequenter ſicut à frigore & à calore tamen, aliquando profecto fiunt, & quod fiant aliquando à ſiccitate de qua minus uidetur oſtendimus primo auctoritate Hippocratis *ex* Aphoriſmo. 14. *tertia particula, ubi dixit quod ſi autumnus fuerit aquilonius & ſiccus his qui naturam habent humidam & mulieribus confert reliquis uero erunt lippitudines ſiccæ & febres acute & grauedines iam autē à principio diximus grauedinem id ipſum eſſe quod coryza, præterea quis dubitabit ſiccitatem multum auctam cerebrum uehementer diſtemperare omnis autem uehemens intemperies uires deicit dixit.* Gal. *tertio de ſymptomatum cauſis folio primo fatentur autem omnes cerebro debilitato catarrhos fieri, ex qua eadem ratione facile patere poteſt ab humiditate quoq; nimium aucta fieri catarrhos immo tanto frequentius quanto cerebrum ſiapte natura humidum eſt ſicut & quia frigidum etiam eſt à frigore facillime patitur frigide enim particule frigidis calide uero calidis paſſionibus facile occupantur dixit.* Gal. *loquens pro ipſo cerebro primo de compoſitione medicinarum ſecundum locos &* Secundo *de locis affectis propè finem eadem igitur ratio militat de humiditate cum humidum ſit & propter hoc dixit* 13. *methodi, folio ultimo plurimum igitur frigida intemperies caput uitiat uel etiam humida nec dubium eſt quin etiam ambe congrediantur & propter hoc dixit.* Auic. *loco inducto quod catarrhus factus à frigore plurimus eſt quam factus à calore, & nos addimus catarrhos frigidos frequentius accidere, quia cerebrum natura eſt aptum pituitoſas generare*

uit. Similiter & Aetius dum dixit diſtillationis & muci cauſa eſt cerebrum, quod quidem frigore ad frigidam intemperiē deducatur ab eſtu uero calefit & repletur, & Auic. Fen illa V. cap. 11. dixit & cauſa omnium illorum aut eſt caliditas complexionalis proprie aut extrinſeca ex ſole aut Aere uehementer calido aut olfatu medicinarum calefacientium ſicut muſci croci & cepe aut frigiditas complexionalis propria aut eueniens extrinſecus ex aere frigido &c.

Auerroes *quoq; cap. illo. 24. Tertij* Colliget, *longioribus uerbis declarauit quomodo & à calore & à frigore catarrhi proueniant neq; meminit de alijs duabus qualitatibus quas philoſophi paſſiuas uocant, inquit enim propterea quod hæc ſuperfluitas eſt nō concocta dicimus quod cauſa efficiens hāc ægritudinē eſt debilitas uirtutis digeſtiue quæ eſt in cerebro propter malam complexionem dominantem ex frigiditate & hoc bene poteſt aſſignari in reumatibus ex cauſa frigida extrinſeca.* Sed Reumata *quæ fiunt à cauſis calidis extrinſecis recipiunt per ſcrutationem qualiter fiant per uiam debilitatis uirtutis digeſtiue.* Et *forte quod* Auerr. *in hoc dubitauit quoniam digeſtiua uirtus à calore roboratur, uolens igitur hoc declarare proſequitur inquiens propterea dicimus quod debilitas uirtutis digeſtiue hoc facit per accidens hoc eſt propter multam quantitatem materie & ipſius fluxū, propterea quia calor facit fluere res congelatas diſſoluēdo eas inſuper attrahit calor in cerebro à toto corpore ad caput & propter iſtam multam malam materiam quæ in cerebro colligitur prouenit accidens prænarratum, quia refrigerabitur & uirtus digeſtiua impedietur & fatigabitur circa cerebrum propter reparationem tante quantitatis ſuperfiue hæc* Auer.

In quibus uerbis ſatis declarauit Auerroes, *quomodo catarrhi nō ſolum à frigore, uerum & à calore fiant, ſubticuit tamen de humiditate & ſiccitate à quibus ſi non ita frequenter fiant à frigore & à calore tamen; aliquando profectò fiunt, & quod fiant aliquando à ſiccitate de qua minus uidetur oſtendimus primo auctoritate* Hippocratis *ex* Aphoriſmo. 14. *tertia particula, ubi dixit quod ſi autumnus fuerit aquilonius & ſiccus his qui naturam habent humidam & mulieribus confert reliquis uero erunt lippitudines ſiccæ & febres acute & grauedines iam autē à principio diximus grauedinem id ipſum eſſe quod coryza, præterea quis dubitabit ſiccitatem multum auctam cerebrum uehementer diſtemperare omnis autem uehemens intemperies uires deicit dixit*. Gal. *tertio de ſymptomatum cauſis folio primo fatentur autem omnes cerebro debilitato catarrhos fieri*, ex *qua eadem ratione facile patere poteſt ab humiditate quoque nimium aucta fieri catarrhos immo tanto frequentius quanto cerebrum ſuapte natura humidum eſt ſicut & quia frigidum etiam eſt à frigore facillime patitur frigide enim particule frigidis calide uero calidis paſſionibus facile occupantur dixit*. Gal. *loquens pro ipſo cerebro primo de compoſitione medicinarum ſecundum locos &* Secundo *de locis affectis propè finem eadem igitur ratio militat de humiditate cum humidum ſit & propter hoc dixit* 13. *methodi, folio ultimo plurimum igitur frigida intemperies caput uitiat uel etiam humida nec dubium eſt quin etiam ambe congrediantur & propter hoc dixit*. Auic. *loco inducto quod catarrhus factus à frigore plurimus eſt quam factus à calore, & nos addimus catarrhos frigidos frequentius accidere, quia cerebrum natura eſt aptum pituitoſas generare*

ſuperfluitates dixit Ga. commento. 12 tertie parti. eſt quoqꝫ modus alius quo fit à frigore ab illo quo fit à calore, fit enim à frigore potiſſimum in ipſum ipſius cerebri debilitat conco- ctionem ut & Aui. & Auer. dicebant & quãuis à calore ipſo ipſa poſſit etiam diſtemprari, non tamen ita facile neqꝫ ita frequenter ut ponendo uerba Auerroes nos diximus. Fit etiam à frigore catarrhus per modum cõpreſſionis et expreſ ſionis, comprimuntur enim ex nimio frigore ad ſe inuicem partes cerebri à quibus ſic compreſſis excrementa per mo- dum expreſſionis deſcendunt, ut egregie Declarauit Gal. in exemplo de ſpongia humida manu compreſſa commẽto. 12. tertie particule & meminit etiam de hoc exemplo. 4. de ſim- plicium facultatibus caput primo. A calore uero trifariam cõtingit prouenire catarrhos, ut innuebat Auerroes in uerbis ſuperius inductis aut enim debilitando cerebri uirtutem aut attrahendo ad ipſam multam materiam, caliditas enim natu ra apta eſt fluxiones attrahere dixit Gal. ſecundo de diffe. febrium capite ultimo & 5. de ſimplicium medicinarum fa- cultatibus cap. 16. Dixit calidum perpetuo attrahit, aut ter- tio diſſoluendo & aliquando materias in cerebro contentas & hunc modum poſuit Gal. in libro de morborũ cauſis dum docebat frigidorum morborum diuerſas cauſas et in tertio de temperamẽtis folio ſecundo & commento. 5. quinte particule in exemplo de uino & alibi.

Cauſa uero intrinſecæ ſunt uel mala cerebri temperatura imma terialis lapſa ad calidum uel ad frigidum uel ad humidum uel ad ſiccum ſed potiſſimum. Que ad frigidum eſt lapſa aut tales male temperature ſint a natiuitate contracte aut ex tempore acquiſite & eodem modo uolumus eſſe intelle- ctum

ctum de iſtis malis temperaturis cum preſentia materie ſeu materialibus. Quin immo male temperature cum materia ſunt ipſis immaterialibus in hoc fortiores: hic tamen eſt conſideratione dignum quod ſi nocumentum ſit in ipſo cerebro & nõ per conſenſum aliunde ſibi communicatũ tunc diſtemperantia frigida inter alias eſt potiſſima, quoniam cerebri uirtutem magis debilitat quod ſi ab hepate uel à uentriculo uel à liene communicetur cerebro nocumentum ex trãſmiſſione humorum uel uaporum calida diſtemperantia habet in hoc maiorem uim utpote potior cauſa attractionis humorum ipſorum uel uaporum qui uenientes ad caput tanquam ad caminum totius corporis poſtea frigiditate cerebri craſſati deſcendunt & fit catarrhus, ſicut uapores aſcendentes ex cucurbita ad elãbicum craſſati iterum deſcendunt, ut Auic. dicebat ſic itaq; in tali catarrho quantum ad motum humorum uel uaporum ſurſum caliditas potior eſt cauſa: quod uero attracti non concoquantur uel reſoluantur ſed craſſati deſcendant frigiditati concedendum eſt. Et comparans Auic. calida & frigida corpora inter ſe in facili uel difficili incurſu in catarrhum dixit et habentes temperaturam calidam uehementius ſunt preparati ad recipiendum cauſas extrinſecas facientes corizam quam habentes temperaturas frigidas & humidas & habentes temperaturas calidas in ſe ipſis plus ſunt ſecuri ne accidat eis ex cauſis corporeis q̃ habentes temperaturas, frigidas: cerebrum enim frigidum non concoquit illud quod peruenit ad ipſum ex nutrimento & non reſoluit quod aſcendit ad ipſum ex uaporibus quæ ambo ſupple tu facit cerebrum calidum et de hac paſſionis diuerſitate à cauſis intrinſecis uel extrinſecis extra ſermones de catarrhis po

ſuit unam auream ſententiam ipſe Auic. *fen tertia primi: ca=
pite de regimine eius quod comeditur, & bibitur ubi dixit
rara corpora facilius tollerare poſſunt cauſarum intrinſeca=
rum impedimenta, & ſunt paratiora ad hoc ut cauſe extrin=
ſecæ ea lædant, & uſurpauit hoc totum ſicut, & plurima alia
à* Ga. *ex primo de tuenda ſanitate, ubi paulum poſt medium
libri dixit,* Q*uum nãq; animalis corpori duplex inſtet incõ
modum alterum ab externis alterum ab internis occaſioni=
bus, quorum certe rara mollisq́; cutis eſt hi ab extrinſecis
imminentibus malis facile tentantur quorũ denſa, & dura
ab intrinſecis. quæ ſententia non occultam habet cauſam qui
bus enim lati ſunt pori (his enim rara mollisq; cutis eſt) faci
le flabellantur ea propter à quacunq; interna cauſa nocu=
mentum inſurgat facile extra fertur eademq; ratione exter
ne cauſe, quod uias apertas inueniant magis, ad intima pene
trantes magis, & facilius imprimunt: contra uero corpora
duræ denſeq; cutis ab internis cauſis quoniam nocentia non
facile extra ferũtur multum læduntur.* Parum *autem ab ex
ternis quoniam ad penetralia propter uiarum anguſtiam non
facile perueniunt nec alicui moleſtum ſit ſi repetemus, quod
tam, & ſi ad catarrhi productionem, & calide cauſe concur
rant, & etiam frigida, frigide tamen abſolute primas obtinent
partes cuius non paruum teſtimonium affert nobis hippo.
qui in tertia particula apho. tribuit hanc paſſionem in ætatibus
frigidis & diſpoſitionibus temporum frigidis uel humidis, et
in particula quinta apho.* 24. *dixit frigida qualis nix, &
glaties pectori inimica tuſſes mouent, & ſanguinem & de=
ſtillationes .i. catarrhos ut habet littera antiqua, & propter
hoc dixit* Auic. *factus à frigore plurimus eſt q̃ factus à ca=*

lore, & paulum infra dixit, quod catarrhi multiplicantur in hieme, eſt enim cerebrum (quia frigidum eſt) paratum à frigi do pati paratum autem ad aliquam affectum eſt duplum cau ſe illius affectus ut Auic. *dixit in doctiſſimo opuſculo de uiribus cordis, quod uero hippo. dixit in. 6. epydemiarum, & in translatione antiqua eſt in particula ſecunda prope finem pluribus eorum quibus accidunt catarrhi non accidit ſplen diuerſos habet modos uerificationis* Gal. *enim uerificauit illud dictum ex hoc, quoniam plurimum, qui habet egritudinem in uno membro alia membra habet incolumia, & hoc legimus in commentarijs* Epydimiarum *ab ipſo* Galeno *& hoc ipſum affirmat* Auic. *hic dixiſſe* Galenum. *Quod etiam fate tur commentator* Alexandrinus *ſuper illo paſſu ubi addit Archigenem non aſſentiri illi ſententiæ hippocratis, & nos profecto laudamus in hoc* Archigenem, *quoniam experientia quotidie docemur ſententiam illam minime eſſe ueram neq; etiam uerum eſt, quod ad illius uerificationem adducebat* Gal. *cum ſepiſſime uideamus in eodem indiuiduo plurima membra leſa, & ſimul, et unum poſt aliud. Minime quoq; uerus eſt modus quo illam ſententiam uerificat* Auic. *dum di cit preparatus catarrhis ſubtiliores habet humores à quibus ſupple tu ſplen non intumeſcit, & ille cuius humores craſſantur non preparatur catarrhis multum, quis etenim tam nouus eſt in arte medica miles q̃ nõ multoties uiderit in uno membro dominari humores craſſos, & in alio eiuſdem indiuidui tenues ut in cerebro uel etiam in uentriculo pituitam in iocinore uero bilem.*

Note *cognoſcendi diuerſas catarrhi ſpẽs nõ uno mõ accipiũtur nã q; coloribus inter ſe diſtãt ut q̃a alter* Rubeus *alter al-*

bus alter Citrinus &c. uiſu dignoſcuntur qui uero ſaporibus diſtant ut quia alter acetoſus alter dulcis alter amarus guſtu. Qui autem odore ſunt diuerſe odoratu. Qui uero ſubſtantia differũt ut quia alter craſſus alter ſubtilis alter cũ fetore &c. & uiſu & tactu dignoſcendi ſunt. Acutus quoq; mordicatiuus, & corroſiuus à non tali ab affectu ipſo facile ſe cernitur. At qui in calore, et frigore ab inuicem ſeparantur multas, et uarias habent cognitionis notas nam albedo liuiditas, lentor, inſipiditas, acetoſitas, ponticitas et acredo catarrhũ comitantes ipſum frigidum nuntiant. Rubedo uero citrinitas nigredo aduſta, Amaritudo, ſalſedo, acuties excoriatio ab eo prouenienes, et multa dulcedo, calidũ catarrhũ arguunt craſſicies uero ſola frigidi catarrhi minime, eſt nota ſicut neq; ſubtilitas calidi. Res enim et à calore humidas partes reſoluente, et adurente ſicut à frigore condenſante craſſantur datur, et catarrhus ſubtilis calidus ut bilioſus datur, et ſubtilis frigidus ut aquea pituita ſeu pituitoſus aqueus, ſed ſicubi apparet catarrhus ſubtilis, et cum hoc citrinus uel rubeus, et acutus amarus uel ſalſus excoriatiuus licet utiq; tũc ex his omnibus ſimul iunctis ipſum calidũ nuntiare ſicuti econtra ſi craſſus ſit et cũ craſſitie adſit albedo uel liuiditas ſitque acetoſus uel pôticus, et minime excoriatiuus ex his omnibus licet ipſum frigidum ſtabilire neq; tamen exiſtimet aliquis catarrhos quos cauſe excitant calide omnes calidos eſſe: hoc enim minime uerum eſt ſicuti neq; uerũ eſt omnes illos frigidos eſſe quos frigide cauſe promouent exempla hoc declarantia ſunt frigidi catarrhi, qui uel a uino potenti uel à ſolis uel qua ambientis caliditate pituitam in cerebro reſidentem coliquante producuntur à quibus et reſolutiones, et ſpaſmi, et alie id gnus

egritudines parturiuntur, quæ frigide ſi nt quemadmodum e conuerſo ex quauis continentis frigiditate calide corizę ad nares calidiq; catarrhi ad alias ſubiectas partes per uiam expreſſionis quandoq; deſcendunt Catarrhi uero quantitas ſi paucus ſit aut multus ſi quidem per os aut per nares extra fertur ſenſu dignoſcitur ſi uero ad interna delegetur ex ſymptomatum quæ producit magnitudine uel paruitate licet arguere: nocturnus autem et diurnus ſimiliter eſtiuus & hiemalis ipſi ſe demoſtrant.

Sed *iam tempus eſt ut ad curā ueniamus in qua anteaquam ad particulares canones deſcendamus ex ordiemur cum Galeno ab uno canone generaliſſimo ex fundamento ſuperius dato quod caput ipſum omnium catarrhorum ſit primaria cauſa* Inquit *ipſe in.6. detuenda ſanitate ucrum qui ex leui cauſa afficiuntur ita ut magis morbis aſſidue uexentur ueluti comitiali uertigine (quod ſcotoma grece dicitur) capitis doloribus.* Item *alijs in quibus caput ſubiectis partibus ſymptomatum occaſio eſt quarum ſunt dentes gingiue columella uno uerbo omnes quæ in ore & faucibus ſunt partes ad hæc aures & oculi & ſtomacus & uenter & ſpirandi partes (nempe ſumma arteria quæ larynx dicitur & aſpera arteria & pulmo & thorax) his unus communis ſcopus eſt caput ipſum ante omnia & quam accuratiſſime minus opportunum ad uitia red dere mox etiam afflictis partibus proſpicere. Inquibus ultimis uerbis inſinuat nobis.* Aureum *illum canonem quē ipſe poſuit.7 methodi quod uidelicet cum ab uno membro tranſmittitur materia ad aliud mēbrum uel ad alia membra ut exempli gratia à capite ad oculos debemus procurare primo ne mēbrum mandans amplius tranſmictat deinde roborare rem*

bra recipientia ne amplius recipiant & hunc ipſum canonem 13. methodi medendi Iterum in exemplo de cerebro mandante ad oculos repetebat Ga. Inquit enim ſic in illo. 7. methodi dictum enim nobis eſt alibi tum uero in his quæ de differentijs febrium ſcripſimus confluere non nunquam ex alijs in alias particulas id quod in his redundat ueluti ex capite ad oculos quo caſu oportet curato eo quod tranſmittit duntaxat firmitati proſpicere oculorum quo uidelicet eorum quæ confluunt minus prompte quicquam admittant ita igitur & in uentriculi affectu oportet ubi id quod ſuper uacuum tranſmittit inueneris omnem huc curam conferre de uentriculo autem tantiſper eſſe ſollicitum ne quæ confluent prompte recipiat hæc. Ga.

Et *hunc ipſum canonem plurimi medicorum ad pauca reſpicientes abſq; aliqua limitatione.* Recipiunt & *admittunt non aduertentes ipſum utiq; non ſemper eſſe obſeruandum ut optime ad hoc aduertit ipſe.* Ga. *loco illo inducto 6 detuenda ſanitate ubi poſtea quam ipſum inſinuauerat in ſerie uerborum quam iam poſuimus proſequitur dicens modo tamen ne ignoretur hoc ipſum quoq; alia determinatione egere utiq; hæc.* N*on omnes quæ leſe ſunt partes eſſe roborandas optima autem determinatio eſt quæ ex uſu earum petitur quippe oculorum &* H *earum per magnus eſt uſus id circo decidentibus in his à capite excrementis deriuatio per uicinas partes*(Paro*chetenſin.* Hippocrates *uocat*) *moliēda eſt ac ad naſum potiſſimum trahendis quæ in has partes feruntur ſin ad naſum non ſequuntur per os ipſum. &c.* Et *uidetur nobis uelle.* Gallenū *ut eius obſcura uerba exponamus quod fluente materia ab uno membro ad alterum uel ad plura membra non ita prom-*

pte debemus roborare membra recipientia ne recipiant ſed conſiderande ſunt membrorum recipientium funtiones, quæ ſi nobiles ſint & multi uſus tunc utiq; uel deriuanda eſt materia, quæ ad ipſa fluit ad membra conuicina ignobiliora uel etiam roborandum eſt ipſum membrum recipiens ne recipiat & id ipſum docet ibidem nos. Ga. qui poſtquam docuit deriuare materiam quæ ad oculos fluit ad nares uel ad os uult non minus roborandos eſſe oculos, dixit enim oculis uero ipſis robur adijcies ſi ſicco collyrio quod ex frigido lapide cõponitur utare. Vbi uero ignobiles & non multi uſus ſunt partes ad quas materie deleguntur niſi alia nos cogat cauſa minime cohibendus uel diuertendus eſt fluxus.

Hoc uniuerſali canone de captis cuſtodia & curatione præmiſſo in quo. Aetius quoq;. Galeno conſentit deſcendentes ad magis particularia dicimus curam catarrhi triplici compleri inſtrumẽto dieta uidelicet medicamẽtorũ exhibitione & chyrugia. i. operatione manuali. Et licet. Græci non ita diſtincte calle pro ceſſerint plura tamen iſtorum complexi ſint & nos quæ ab eis meliora ſunt ſcripta in hunc locum tranſferemus in ordine tamen procedendi ad faciliorem legentium hæc notitiam, ſequemur aliqua ex parte arabes eſt & enim ipſorum in hac cura progreſſus magis ordinatus dicamus itaq; quod prima intentio eſt dieta & per dietam intelligimus debitam adminiſtrationem ſex cauſarum neceſſariarum cum eis annexis.

Et primo quidem incipiendo cum comuniori ſchola ab Aere dicimus non eiuſdem diſpoſitionis Aerem conuenire in omni catarrhi ſpetie in catarrho nanq; frigido fugiendus eſt, ex toto Aer frigidus & uentus frigidus, ea propter hiberno tempore patientes catarrhum frigidum quantum poſſunt domi ſe con=

tineant & potiſſimum flante borea ſitq; Aer habitationis qui ex hoc tẽporis ſtatu retinet frigiditatem alteratus ad calidita tem aut igne aut calidis ſuffumigijs. Et potiſſimum in nocte qua hora nequaquam domum egrediantur nec tamen ſuper fluat alteratio ad calidum nam à ſuperfluente calore frigidus etiam catarrhus per uiam colliquationis augetur, quod ſi ne= ceſſitate cogente domum exire uoluerint habeant caput bene munitum & bireto & pileo & ego multum laudo ut ſub bi= reto ponatur papirus non, quidem denſus & durus ſed mol= lis & fragilis & mutetur omni die uel. Alternis diebus qua ni am multum attrahit humiditatis & unctuoſitatis. Sumus etiam experti quod geſtare ſub bireto ſtuppam canapis aut etiam lini quæ thuris uel mirræ ſuffumigium receperit miro mo lo tutatur cerebrum ab impreſſionibus frigidi aeris pati= entes uero catarrhum calidum nequaquam Aeri. multum cali do ſe exponant neq; flante auſtro quoniam caput replet & materias agitat & commouet augetq; catarrhos potiſſimum ſi ſuccedit boreæ & econuerſo. i. ſuccedente borea ipſi auſtro Auſter enim dicit. Aui. replet & rarificat ſeptentrio uero cõ ſtringit & exprimit nec quibus uis tegmentis aut alijs in= genijs caput ſuper calefaciant ſed potius moderate infrigi= dent & ipſis quidem nocturnus. Aer. non multum fortaſſe eſt infeſtus geſtentq; biretũ, & quod uis aliud capitis tegmẽ tum leue ſatis, nec aliquo excalefaciente munitum & ij qui= dẽ cauere debent à quacunq; mora ſub radijs ſolaribus, ſicut peius cauere debent à lumine lune & proprie inquit Meſue quando eſt ingreſſus eius per feneſtram & dixit hoc quoni am tunc uirtus eius eſt magis unita & ideo fortior ad im= primendum.

De motu

De motu uero & quiete dixit Aui. & motus membrorum inferiorum eſt ualde iuuatiuus ad catarrhos propter attractionē materierū ad inferiora. Meſue dixit & iniungitur quies quoniam eſt res magis maturans ipſum, Nos dicimus ſi eger non ita catarrho oppreſſus fuerit ut ab ambulatione impediatur leuis uel ſuauis ambulatio domi facta uel extra per loca tamen & à flatibus & à ſolaribus radijs minime percuſſa utriq; catarrho, frigido tamen potiſſimum confert, quod ſi lectum egredi non poſſit fricentur extrema brachia uidelicet & crura uſq; ad clauiculā pedis, quam malleolum dicunt, & hoc credimus intellexiſſe Auicennam cum laudauit motum membrorum inferiorum ad diuerſionem catarrhi, abſolute autem ante catarrhi coctionem quies eſt præeligenda ipſo uero concocto ad eius reſolutionem motus magis eſt dilectus dixit enim Ga. 11. methodi quippe ſomnus concoquit uigilie uero euaporant ſomnus autē ſimilis eſt quieti uigilie uero motui dixit Auicenna fen ſecunda primi Doctri. ſecunda. cap. 13 Et Auer. quarto metheororum commento. 10. dixit motū impedire concoctionem, & ideo Medici uituperant motum poſt cibum, & ut abbreuiantes dicamus in catarrho frigido non ita prohibemus motum ſicut in calido in quo quies certiſſime ē neceſſaria, inquit Aetius in illo cap. 53. libri octaui dū docet curare catarrhum calidum, in uniuerſum autem pauco cibo & quiete utendum eſt, & nos putamus etiam rudiuſculos huius cauſam non latere.

De ſomno uero & uigilia dicimus tria potiſſimum, de ſomno etiā conſideranda et cum primum et ultimum biffariam diuidantur erunt quinq;, primum eſt hora, ſecundū eſt eius quantitas, tertium eſt dormiendi ſitus et primum quidem de hora

duas habet conſiderationes, prima eſt de hora abſolute ſecunda eſt de hora incomparatione uel relatione ad cibum ingeſtum, in hora autem abſolute conueniunt omnes in die nequaquam eſſe dormiendum generat enim diurnus ſomnus egritudines humectantes et Reumatiſmos ut prima Fen tertio cano. dixit. Aui. in hoc tamen conſuetudo eſt multum conſideranda. Res enim conſuetudinis eſt res fortis ualde et mutato ab ea ad contrarium ſubito nocet corporibus nocumento manifeſto dixit Ga. ſecundo de uictu acutorum et alibi ſepius cum hippocrate magnifecit indicationem à conſuetudine, ea propter ſi cui longa eſſet cõſuetudo dormire in die nequaquã propter catarrhum à diurno ſomno eſſet ex toto prohibẽdus licet dormiendi in die ſpatium eſſet minorandum.

Si etiam quis non aſſuetus dormire in die in nocte ex toto priuaretur ſomno et tam laſſitudo et uirtutis reſolutio appareret haudquaquam diurnus ſomnus ei interdicatur et ſic uidetur concedere ipſum Aui. 10. Fen. tertij in cura aſthmatis, ſuperfluens enim uigilia et cerebrum debilitat et calorem exacuit ſi non longiſſimo tempore perſeueret nam longo tempore perſeuerans uigilia tandem infrigidat, de hora autem ſomni in relatione ad cibum ingeſtum conueniunt etiam omnes non illico ingeſto cibo eſſe dormiendum, et propter hoc dixit. Aui. in littera noua meliori et oportet quidem ne patiens catarrhum et coryzam dormiat repleto uentre cibis quare repleatur caput eius. Intercidãt itaq; cibum et ſomnum tres uel quatuor hore, quod Aui. tertia primi non ſolum in laborantibus catarrho ſed et in ſanis pro ſanitate tuenda uult obſeruari, de quantitate etiam ſomni conueniunt Auctores omnes patientes catarrhum debere minus dormire quam uigilare et quam

dormirent in ſanitate uel forte in alijs egritudinibus ſine ca tarrho, & hoc uolebat Auic. in proprio capite de cura catarrhi ubi poſtquam prohibuit ſomnum diurnum ſermone deinde abſoluto iniungit uigilias dixit enim neq; dormiat in die & ſitiat, & famem patiatur, & uigilet quantum poteſt quoniam ſunt initium curæ.

De *ſitu uero ſomni bipartitam faciemus conſiderationem, prima erit de ſitu capitis ſecunda autem de ſitu Dorſi, & in prima quidem conſideratione de ſitu capitis compatiendum eſt maioribus noſtris ex latinis, qui propter deprauatum textum unum Auicennæ in hoc capite dixerunt multa inconuenientia. Dicit enim textus antiquus ſic, & oportet ſecundum diſpoſitionem ut regatur cum eleuatione capitis, & eleuetur puluinar, & non reſupinatio fiat in ſomno. Qui textus (uera loquor) ab ipſa etiam iuuentute ſemper mihi ſuſpectus fuerat uidebam enim rectam illam capitis eleuationem cauſam eſſe quod caput ipſum à ſubſtantibus membris uapores facilius ſuſciperet, & quod ab ipſo ad ipſa membra facilius materierum fieret fluxus, & ſoli duo inter recentiores aduerterunt ad huius textus deprauationem, ſed in uno duntaxat uerbo ubi enim textus dicit cum eleuatione capitis ipſi legunt cum inclinatione caput, i. Quod caput teneatur inclinatum reſiduum uero legunt ut poſuimus. Sed textus nuper (ut in pluribus) optime emendatus ſic legitur in hac parte, & oportet ſecundum diſpoſitionem ut aſſiduet dimiſſionem capitis, & teneat decliue puluinar uel capitale, & profecto niſi quis in cognitione ueritatis allucinetur iſte eſt uerus ſitus, quo laborantes catarrho (niſi aliud impediat) ad ſomnum debent diſponi, ſitq; puluinar in catarrho calido non pluma, ſed aliga*

uel palea plenum,& diximus non ſine cauſa,niſi aliud impe diat,ubi enim quis,& catarrho laboraret,& aſthmate uel or thonea oporteret ipſum non quidem pro catarrho, ſed pro Aſthmate uel orthopnea erectis pectore,& capite dormire, neq; huic ſententiæ contradicit,quod Auic.dixit tertia primi quod multis cooperiri pannis, & ceruical eleuare ex his exi ſtunt,quæ in concoquendo iuuant,dictũ enim hoc non pro ca tarrho laborantibus, ſed pro tuenda inſanis ſanitate dictum fuit in q̃bus ſi fieri debet concoctio opere præcium eſt inge= ſtos cibos ad inferiorem uentriculi partem quam fundum uo= cant delabi,ibi enim concoctiua primas, & potiores habet ſedes ſicut aptu petentia in parte ſuperiori quàm os ſtomachi dicunt.

Secunda conſideratio inſitu ſomni eſt ne patiens dormiat reſupi nus,ideſt ſuper dorſum,& hoc eſt,quod Auic.dicebat in uer bis Paulo ante inductis, & non reſupinatio fiat in ſomno,ſi quis enim reſupine dormiat prohibentur cerebri excrementa per ſuos expurgari canales, q potiores ſunt palatum et nares ut inferius oſtendemus ſenſiſſe Galenum, & ſiquis curio ſus à nobis querat in frigido ne aut in calido catarrho uigilie magis iniungende ſint.dicimus ei,quod utiq; in frigido,quo= niam frigide materie,q̃ ſuapte natura ſomnum,& capitis gra uedinem inducunt difficilioris ſunt reſolutionis,quæ in uigilia melius fit,ut & ratio indicat,& affirmauit Gal.12. metho di ut paulo ante induximus.

Nec regimen in cibo, & potu modica indiget conſideratione nõ itaq; erimus accuſandi ſi in ipſo diſponẽdo tãtiſper immo rabimur,& primo quidem pro cõmuni ſcopo dicimus omnes catarrhũ patientes prohibendos eſſe ab uſu ciborum,in quorũ

natura ſit uapores ad caput mandare ſicut ſunt fabe faſeoli, Piſa, & alia plurima id genus legumina, à quibus non immerito excipimus lentes, quoniam uapores exiccant propterea laudantur à Galeno ſecundo de compoſitione medicinarum ſecũdũ loca pro curatione doloris capitis ex ebrietate ex eadẽ quoq; ratione prohibentur agrumina oĩa ut cepe alluũ, et alia id genus, & licet Paulus Aegineta capite ſuperius inducto materia exiſtente multum humida concedat porrum bene elixatum ſicut multotiens in diſpoſitionibus cerebri pituitoſis ipſum conceſſit Gal. ut ſatis patet in conſilio ſuo pro puero laborante morbo comitiali, & alibi quod putamus feciſſe ad ſubtiliationem, et inciſionem illarum materierũ. Nos tamen in hoc nunquam auſi ſumus horum (& ſi magni ſint) ueſtigia ſequi timentes ne ex talium deuoratorum habitu plus incõmodi caput reciperet quàm iuuamenti ex pituite ſubtiliatione uel inciſione, quam alijs ingenijs aſſequi poſſumus.

In oleribus autẽ non habemus quare abnegemus abſolute omnia aut abſolute concedamus ſicut in agruminibus, agrumina enim omnia ultra id, ꝙ a lituoſa calida ſunt olerum uero quædam frigida ſunt, & quædam calida, & frigida quidem in catarrhis calidis non prohiberentur, neq; calida in frigidis niſi altera prohibens adeſſet occaſio, ſed eſt inter olera de ipſa braſſica nõ ignobilis conſideratio, Aetius capite illo quinquageſimo tertio libri octaui, quod induximus cum dixiſſet quod caſeus tener, & recens comeſtus utilis eſt, dixit, & cauliculi braſſicæ crudi à ieiunis comeſti, ſimiliter & braſſica calidior cocta, & comeſta, ecce concedit braſſicam nedum coctam, ſed & crudam in catarrho, & Ga. ſecundo de compoſitione medicinarum ſecundum loca dum docet curare ca

pitis dolores, qui ſiunt ab ebrietate cum laudaſſet inter olera lactucam dixit caulis eſt bonus ueluti uaporum ſiccatiuus et putamus accepiſſe illam ſententiã à dioſcoride libro ſecundo, capite de braſſica ubi dicit crapule ebrietatisq; noxas diſcutit à cibo ideſt poſt cibum ſumpta quem ſequutus Auic. ſin pri ma tertij capite de cura ſode facte ex ebrietate dixit, & in caulibus quidem eſt proprietas qua uapores à capite prohibentur, ſed poſtea ſen tertia tertij capite. 5. quod eſt de rememoratione conſeruationis ſanitatis oculorum, & eorum quæ nocent ipſis immemor eorum, quæ dixerat ſen prima dixit & omnia à quibus generatur uapor multus ſicut caulis & lens, hanc contradictionẽ manifeſtam ualde in dictis Auicenne iam uiderunt quidam ex ſuis expoſitoribus, & conati ſunt repugnantia hæc dicti conciliare inter quos fuit ſpeculator gentilis, qui tamen poſt multa inutiliter annotata rem ipſam. Quæ deſideratur conciliationem uidelicet apparentis contradictionis minime perfecit.

Quidam leuius difficultatem hanc pertranſeuntes dixerũt braſſicas utiq; eſſe altuoſas & ex hoc inducere ſomnia mala quo uero & ebrietatem, & capitis dolorem ab ea productum ſedent habere ex occulta & materiam inſequente proprietate, aduerſatur etenim & inimica eſt uino à tota ſpetie, cuius teſtimonium adducunt, quoniam uites iuxta caules & caules iuxta uites non ut alibi conſueuerunt concreſcunt, & nos pro ipſis induximus Galeni ſententiam loco præinducto, ubi ante illa uerba ad remouendum cephalargiam illam ab ebrietate inductam docet apponere caulium folia in calida aqua infuſa ſuper caput, nec bene apparet quomodo ſic capiti ſi perpoſita ebrietati conferent niſi talis uis à tota ſpecie eſſet eis inſita

quod uerba ipſa Galeni uidentur aſſerere, dixit enim & ſi lia ipſa caulis infuſa in aqua calida & impoſita capiti & ligata naturaliter contrariantur ebrietati.

Sed quicquid ſit de hac proprietate non uidetur nobis quod ex ea ceſſet in uerbis Aui. *apparens contradictio quum dixerit prius & in caulibus quidem eſt proprietas quæ uapores à capite prohibentur &* Ga. *dixit caulis eſt bonus uelut uaporum ſiccatiuus demum in ſen tertia* Aui. *ut uidimus dixit contrarium, præterea* Aetius *ut uidimus concedit eos in catarrho, quē tamen nō curant à proprietate, & ſi halituoſi eſſent utiq; nocerent, prætereaeſt contra textum illum.* Auicenne *in tertia.* Fen. *tertij* Sententia *dioſcoridis in ſuo ſecundo libro. cap. de braſſica ſuperius inducto ad quam admiramur.* Auicennam *& poſt ipſum tot ipſius expoſitores non aduertiſſe quum unus textus alteri aperte contradicat, dicit enim dioſcoridis textus oculorū quidem aciem cibo excitant ut hermolaus tranſtulit, in tranſlatione uero* Marcelli *legimus & quibus oculi hebetiores ſunt in cibo ſubuenit.* Aui. *uero.* 3. Fen. 3. *ut uidimus dicit caules ſuis uaporibus uiſum hebetare, putamusq; non eſſe aliam uiam ſedandi hanc contradictionem niſi illam quam iam diximus ex diuerſitate comedendi ipſas braſſicas.* Nos *Alias dum peruſie &* Rome *& paulo ante patauij medicinam profiteremur fecimus inter legendo in hoc longos ſermones, ſed quoniam nunc non ſpeculandi ſed catarrhos curandi gratia hæc ſcribimus negotium hoc paucis abſoluemus ex tribus* Reſponſionibus, *quas alias attulimus unā duntaxat apponentes quæ eſt quod braſſicas quandoq; deuoramus cum ſuo decocto, in quo elixate fuerunt, aliquando uero ſola ipſa braſſicarum folia dimiſſo decocto quod ſi cum*

decocto ſuo deuorentur utiq; uapores ad caput inſurgent, attrahit enim decoctum partes illas ſuperficiales braſſicarum calidiuſculas uirtute quarum & halitu caput replere & uentrem ſoluere poteſt, dum uero folia ipſa ſola braſſicarum deuorantur, ſicut ſupprimendi aluum ita & reprimendi uapores & catarrhum, ſiſtendi ſui ſtipticitate uim habent & ex hac noſtra reſponſione manifeſta ſe offert conaliatio inter illos duos textus. A*uicenne qui ita aperte uidetur inter ſe pugnare primus enim textus prima tertij intelligendus eſt de caulibus abſq; decocto ſecundus uero tertia.*Fen.*tertij de caulibus cũ ipſo decocto, cuius* Noſtre *reſponſionis ſecundum membrum haud obſcure legimus ex illo textu* Galeni *ſecundo de compoſitione medicinarum ſecundum loca ubi ante uerba inducta procuranda ebrietate docet imponere capiti braſſicarum folia infuſa in aqua calida, dicit enim littera quam habemus ſic & ipſa autem caulis folia infuſa in aqua calida & appoſita capiti & ligata naturaliter contrariantur ebrietati, & demum paulo infra dixit & caulis eſt bonus uelut uaporum ſiccatiuus.* Alexander *quoq; tralignus primo practicæ . cap.* 33.*quod eſt curatio ſi ex uino caput doleat dixit expedit etiã comedere ipſos caules elixatos & ſimile dixit pau.* Ægi. Sed *longe clarius ad huc docet nos hoc textus ille inductus* Aetij *qui docet in catarrho comedere à ieiunis cauliculos crudos braſſicæ aut braſſicam ipſam coctam que uere ſola abſq; decocto eſt exſiccatiua, cuius rationem docemur ab ipſo* Galeno *ſecundo de alimentorum facultatibus capite ipſo de braſſica ubi dixit quandoquidem quicquid elixatur proprium ſi cum omnino quidem retinere non poteſt, quæ tamen amplius decoquuntur plus eius amittunt, quis autem ſanè mentis dubi-*

tabit

tabit res abſq; ſucco.i.humido minime aptas ut uapores emittāt, ſed potius exſiccādi uim retinere braſſica itaq; elixa comeſta uapores exſiccando prohibet cū decocto uero quia in eo eſt braſſicæ humidum utiq; eſt uaporum multiplicatiua, ſed iam reuertamur ad cibaria conuenientia patientibus catarrhos dicentes cum Galeno *ſecundo de compoſitione medicina ſecundum loca.* Alij *aliud eſſe melius ſecundum nature proprietatem, & nos hic dicimus.*

A*lij aliud eſſe melius ſecundum catarrhi diuerſitatem potiſſimum in calido & frigido, frigidi nanq; cibi in catarrho calido & calidi in frigido utiq; conueniunt niſi tales ſint ut ſuapte natura caput tentent neq; altera occaſio impediat, obſeruetur tamen pro communi omnium ciborum eligendorum ſcopo ut & faciles ſint concoctionis nec apta ut magna ex eis copia excrementorum referatur quod addimus, quoniam olera & fructus facile concoquuntur, & tamen in eis exiguum eſt quod nutrit non exiguum uero quod eſt inutile ut* Ga. *dixit octauo methodi & huiuſce nature ſunt multa genera piſcium & potiſſimum qui lentas habent carnes nec tamen abnegamus quin aliqua olera frigida patientibus catarrhum calidum concedantur ut lactuca enduia cichorium portulaca & ſimilia, ex horum enim comeſtione craſſatur catarrhus calidus qui ſubtilis eſt hoc ipſum plurimi fructus operantur hoc quoq; & piſces & potiſſimum ſaxatiles & inter legumina oryza quam uulgus* Ryzi *nominat, far quoq; & colatum & non colatum cum amygdalis conditum ſimiliter, & panirū & miliū nec ſunt audiendi recenciores qdā indocti qui ut uideantur aliquid noui dicere prohibent amigdalas in catarrho quas* Pau. Ægineta *capite ſuperius inducto*

bis cenandi: obſeruentq; catarrhum patientes ut in fine pran dij pariter, et cœna aliquid comedant quo ex cibis deuoratis uapores caput tentare prohibeatur ut pira uel cotonea cocta uel de ipſo diacotonite & in calido quidem ſine ſpeciebus in frigido uero cum ſpeciebus quem utrunq; modum præparationis egregie docuit Gal. 6. *de ſanitate tuenda prope finem coriandri quoq; præparati, et cum pauco Zucchero albo con diti hoc ipſum operantur ſimiliter, & ſubtilis mica panis parum torrefacta ſuper, quæ omnia minime bibant potus enim ſigillationem illam cibi impediret.* Et *quod plurima egri obſeruantia eſt ut ipſorum cœna prandio ſit partior quamuis enim corpora ſana aut etiam uentriculi imbecillitate laboran tia dummodo cum uentriculo non lædatur, & cerebrum opprimere magis, & uberius, et magis laute cœnare debeant propter euidentes rationes quas ſuper hoc induxit* Gal. *ſeptimo methodi medēdi quarū potiſſime ſunt, et tēporis longius ſpa tiū, quod eſt à cœna ad prandium q̄ à prandio ad cœnā.* Ac *propter ſomnū in quo melior celebratur cōcoctio q̄ in uigilia ut ipſe dixit, & ibi & in primo de ſymptomatũm cauſis, et in quarto de tuenda ſanitate, & ſæpius alibi uigoratur enim naturalis calor in ſomno, & quieſcens ab operationibus animalibus totus naturalibus eſt intentus, ex hoc tamen haud quaquam generaliſſimum ita cœnæ nem fieri conuenit ut nullam patiatur exceptionem ſicut multi impudentes faciunt, qui ut uideantur noua afferre plurima, &* Hippocratis, & Galeni *dogmata peruerterunt, & in dies peruertunt n iſſam ſatio auctoritatem* Ioannis Meſue *in hoc capite dicentis, & alleuietur cœna immo prohibeatur ſi poſſibile ē, qm̄ petulātiſſimi ipſum al ne gāt, al negant, &* Auicennam *idem affirmāt*

tem prima tertij capi. de cura Epilepſie, & uenio ad alios auctores, quæſiui ego aliquando Patauij à fautore illius opinionis an quicquam haliabati concæderet, qui reſpondit ſe utique multum ipſi, concedere tunc dixi Haliabas primo practicæ cap. 13. dicit cœna unum habet uitium quod nocet oculis debilibus, & infirmis & quinto practicæ capite. 47. loquens in cura quarundam ęgritudinum oculorum dixit cœnam fugiat, inquit tunc homo ille ego quoque conuenio quod in oculorum ęgritudinibus parcior debet eſſe cœna quam prandium ſed hoc non eſt propter nocumentum quod inferat cerebro ſed quoniam uapores aſcendunt ad oculos per quaſdam arterias et uenas intrinſecas. Aſt ego ſubridens dixi legiſti ne totum textum haliabatis in capite inducto primo practicæ ubi poſtquam aſſeuerauit cœnam nocere oculis debilibus, & infirmis reddens dicti rationem proſequitur dicens propter aſcenſum uaporis abi à ſtomacho ad cerebrum, & ad oculos ledit que illos quod cum uidiſſet iratus dixit at, & haliabatem paruiſacio cui tamen dixerat ſe multum concedere, & iam ex hoc loco contra proteruos habemus duo; primum ex confeſſo canonem illum non eſſe generaliſſimum quia fatetur cœnam nocere oculis, ſecundum uero habemus ex textu cœnam uidelicet ledere cerebrum, quod homo ille abnegabat, ſed iam dimittamus Arabes quorum auctoritatem iſti petulantiſſimi ſaculi dicunt ſe non multi facere, & uideamus an greci ipſi abſolute uelint cœnam prandio ſemper debere eſſe uberiorem an in cerebri affectibus iubeant ipſam fieri parciorem Paulus Ægineta libro tertio ſue practicæ capi. 22. de curatione Ophthalmie dixit menſa (ut ita dicam) pythagorica, et cœna canina, Aetius magnus profecto inter grecos libro ſe

xto ſue practicæ cap. quadrageſimo quinto dum docet curare dolorem capitis qui uitio ſtomachi fit dixit ueſpere autem parcæ cœnabunt, ſed hoc Parmenides nondum uiderat, expectamus tamen profectò aliquã mirabilem pro hac auctoritate gloſam, & eſt in hac Aetij auctoritate conſideratione dignum ipſam iubere cœnam paruam in affectibus cerebri etiam ſi pendeant a uitio ſtomachi, & propter hoc diximus nos in ſententia illa Galeni .7. Methodi laborantes u itriculi imbecillitate debere uberius cœnare dummodo cum uentriculo non lędatur, & cerebrum, Alexander quoq; Iatros ſeu tralianus primo libro practicæ capi. ſexageſimo octauo quod eſt de epilepſia, quæ fit à ſtomacho dicit, & accipere eum iube panem infuſum in calida aqua prima hora parum plus, ſecunda uero minus aut tertia ecce ponit prima hora plus eſſe accipiendum cibi in prandio q̃ in cœna quæ eſt ſecunda uel tertia ab ratio poſt prandium.

Præterea non parum admirandi ſunt iſti, qui ita abſolute audent affirmare mentem fuiſſe Galeni cœnam ſemper prandio debere eſſe uberiorem, cum tamen Galenus ipſe ad finem libri tertij de tuenda ſanitate ponat prandium indeterminato quodam caſu debere eſſe minus, dicit enim in propoſita uero natura cum uel ualida laſſitudo uel immodica ſiccitas corpus affiat prandium minus eſto, prho dij boni ſi Galeni eſt indubitata ſententia cœnam uniuerſaliter, & ſemper debere eſſe prandio uberiorem, & prandium minus cœna, ad quid in caſu ſuperius inducto ſignanter habuit dicere prandium minus eſto ò q̃ fuiſſet hoc inepte poſitum, et puerile.

Ratio autem quæ nos ſemper mouit ad credendum & dicendum cœnam in cerebri affectibus parciorem prandio eſſe ſummen

dam eſt non ignobilis ex duobus hortã principijs primum eſt quoniam propter noctis ad cœnam ſequentis frigiditatem catarrbi per uiam expreſſionis magis multiplicantur, quos uirtus cerebri multa cibi quantitate in cœna ingeſti oppreſſa haud quaquam bene regulabit, ſecundum principium eſt, quia in nocte ex eiuſdem frigiditate coanguſtantur corporis pori, quibus anguſtioribus factis uaporibus qui à cibo inſurgunt per ipſos non datur liber exitus ſeu tranſpiratio, ea propter intus remanentes caput ueluti totius corporis caminum petentes ipſum male affectum deterius afficiunt hæc in uigilia quæ prandium ſequitur minime contingunt.

Sed in hoc non intẽdimus hic amplius inſiſtere ſperantes uita ſuperſtite alias in hac re dubia longiores efferre ſermones hoc tamen ſilentio non inuoluentes decuiſſe iſtas ſi uberius ſemper cœnandum eſſe uolebant iubere à cœna ad ſomnum longius intercidere ſpatium ut ipſe halya loco ſuperius inducto egregie docuit, dixit enim poſt inducta uerba primo practicæ quare, ſi quis cœnã conſueuit (ſupple tu copioſam ſeu uberẽ) condecens eſt ante ſolis occaſum cœnare ut quando ſit hora ſomni deſcenderit cibus à ſtomacho eius. At iſti et qui male ab eis edocti ſunt à cœna ad ſomnum uix horam interponunt.

Nunc de potu in quo non inuenimus auctorum ſententias omnino concordes. Raſis enim nono ad almãſorem in capite proprio dicit à uino quoq; omnino abſtineant, et idem uoluit in libro diuiſionum capi. 18 de coryza quæ fit ex frigiditate ubi dixit et demiſſio uini, hanc ſententiam ſequuti ſunt Auic. et Ioannes Meſue, Sera. uero de uino exhibendo non meminit. At Paulus Ægineta libro tertio capite illo 28 . ubi catarrhi coryzæ ue curationem ponit concedit uina dulcia non per an

tiqua Sed uidetur quod uinum in catarrho potiſſimum in ca lido non conueniat, dicebat enim Gal. primo de ſanitate tuenda a uinum halitu ſuo replere caput, et in conſilio ſuo pro puero laborante morbo comitiali dixit uinum calore caput implere et idem ſentit Alexan tralianus primo practice cap. ſexageſimo tertio de cura epilepſie ubi inquit uinum autem quantũ ad ipſam paſſionem fugere oportet eius enim uſus implet et maxime uetus.

No*s pro Arbitrio dicemus quid in hoc ſentiamus credimus itaq; in catarrho calido neq; in principio neq; in augumento uel in ſtatu uinum conuenire immo neq; in declinatione niſi uirtutis debilitas ad hoc nos cogeret, In frigido uero utiq; neq; per totum principium uniuerſale neq; in prima parte augumenti uinum uolumus exiberi in reſiduo uero augumenti in quo materie ille crude iam ſunt ſemicocte concedimus utiq; uinum non tantum ad uirtutis robur quantum ad ulteriorem concoctionem & perfectiorem faciendam, dicit nanq; Ga. quarto de ſanitate tuenda Vinum concoquit ſemi crudos humores quantum aliud quod uis & ſudores urinámq; promouet & ſomnum conciliat ſitq; uinum quod in hoc tempore eis conceditur paucaferum & coloris Glauci et conueniẽter aque permixtum, laudaremus utiq; & uinum illud ſi apud nos eſſet de quo totiens loquitur Ga. & potiſſimum in libro de uinis à principio aſſerens ipſum eſſe in colore & in ſubſtantia ſimile aque & neq; caput peratit &c. & libro tertio de uictu acutorum commento ſecundo dixit de hoc uino apoſum autem uinum appellant hies quod aque tũ colore ũ ſubſtantia ſimile eſt perſpicuum, ſiquidẽ ut aqua ſplendidum & purum & ſubſtantia tenue uidetur, protinus autem*

& facultate aque ſimile exiſtit neq; imbecillum caput feriens neq; infirmos neruos quando nequidem manifeſte calefacit & ſepius alibi haſce dotes Ga. huic uino aſcribit tale tamen uinum apud nos rariſſimum eſt niſi quis forte opinaretur aliquod terracenum aut quod Rome uocant marzicam huius eſſe generis cauſa autem propter quam putamus paulum Æginetam uinum conceſſiſſe dulce potius quam aliud eſt quoniam ut Hippo. dixit textu illo ſecundo tertio de uictu acutorum Vinum dulce uinoſo minus caput grauat minusq; mentem ferit atq; quouis alio] facilius per inteſtina deſcendit &c.

De inanitione uero & repletione dicemus cum Aetio in uniuerſum autem pauco cibo & quiete utendum eſt, & Aui. dixit & ea omnia indigent alienatione ſatietatis nauſeatiue & dimiſſione repletionis in cibo & potu, & paulo infra dixit & ſitiat & famem patiatur, & ad huc infra dixit & ad ſummum oportet ut minorent cibum & potum aquæ &c. & deniq; conueniunt omnes ut laborantes catarrho fugiant repleri omnino.

Accidentia uero animi talia ſint ut neq; ira neq; furor neq; triſtitia eas detineat, ſed ſint animo iucundo & tranquillo bene ſperantes.

His ſic determinatis deſcendimus ad ſecundum inſtrumentum curatiuum quod eſt medicamentorum adminiſtratio in quo complectemur & tertium, manualem uidelicet operationem quando de ſecunda uena uel de cucurbitulis uel de cauterio nobis erit ſermo.

Sunt autem in hoc perficiendo plura ingenia & plurimi quidem ſcribentes incipiunt ab equatione ſeu præparatione ipſius

materiei, aliqui uero ab ipſius euacuatione ſaltem minoratiua, nobis autem placet ut in hoc non leuis habeatur conſideratio nam ſi multa ſit materia ut ab ea timeatur ſubita patientis ſuffocatio uel aliud graue & uerendum ſympthoma tunc utiq; ſtatim ab euacuatione materiei ſaltem minoratiua incipiendum eſt, ſi uero non tanta euacuationis ſit neceſſitas ab ipſius materiei equatione incipiemus, exiſtente autem intentione minorationis propter materiei multitudinem ulterius conſiderare oportet in qualitate materie calida ne an frigida ſit quod ſi calida ſit Raſis nono ad Almanſorem in capite proprio de catarrho abſolute iubet flobothomiam. Similiter & Auic. qui in hoc ipſo capite ter de ea meminit In primo tamen dicto in antiqua translatione eſt error non pauci momenti, dicit enim littera antiqua & incipiat à fluxu uentris & extractione ſanguinis deinde à fluxu uentris poſt ipſam, & reliqua, & iam apparet iſtam litteram in tam paucis uerbis repugnare primo enim dicit incipe à fluxu uentris & poſtea dicit quod fluxus uentris fiat poſt flobothomiam littera autem noua fidelior ſic habet, & fiat ſolutio uentris & incipe ab extractione ſanguinis deinde à fluxu uentris poſt ipſam cum eſt neceſſitas ſuper ambo ſimul & raro quidem accæleratur ad flobothomiam & proprie in principio, niſi propter multitudinem quæ non tolleratur, & catarrhus in quo eſt conuenientius non flobothomare eſt ille qui euacuatur à tuſſi.

Iſta tota eſt littera noua quæ in multis diſcrepat ab antiqua ut uidere licet ambas inſpicienti, ex qua littera nos tria dicimus primum eſt quod ubi medicus cogatur uenam ſecare & pharmacum exhibere incipere debet à uene ſectione & hæc

fuit

ſuit indubia Hippocratis & Galeni ſententia, quarto de uictu acutorum textu.19.& commento.20.& Rurſus Gale.idē affirmat libro quarto de ſanitate tuenda, & hoc ipſum Aui. non ſolum hic ſed ſepius alibi confeſſus eſt, & egregie determinauit hoc Fen.quarta primi capite quarto, ubi quidam recentiores eius expoſitores dicunt uoluiſſe Auicennam quod ſtante neceſſitate flobothomie & pharmaci laborioſi utiq; flobothomia eſt præmittenda, ſed ſtante neceſſitate flobothomie & pharmaci lenitiui præmittenda eſt lenitio uentris cum tali pharmaco, ſed profecto hanc ſecundam partem minime, ibi immo nec alibi poſuit Aui.& ſi dicant Auicennam dixiſſe hoc eadem Fen.quarta cap.20.quod eſt de flobotomia, allucinantur in hoc & falſum dicunt quod ut facilius cognoſcatur pono uerba Auicenne ad litteram ſuper quæ iſti inſiſtunt, dicit igitur & oportet ut caueas ab ea(ſcilicet flobothomia)in repletione ſtomachi et inteſtinorum facta ex fece iam conſequuta et propinqua, imo in ea euacuanda ſtude & illud quidem quod eſt in ſtomaco aut coram eo uomitu, & quod eſt in inteſtinis inferioribus quomodo poteris & ſi nō alio ſaltem cliſteri, ecce ſermo Auicenne non eſt de humoribus extrahendis, cum quouis leui pharmaco ſed de fecibus extrahendis, & præterea hæc ipſa determinatio eſt contra raſim qui & nono ad Almanſorem cap.de catarrho & cap. de ophtalmia præmittit flobothomiam leuiſſimo pharmaco lenitiuo, ſecundum quod ex hac littera elicimus ſeu extrahimus eſt quod niſi nos urgeat neceſſitas nimie repletionis ex multitudine materiei(a qua non in merito timendum eſt de ſuffocatione)raro in catarrhis in principio debemus facere flobothomiam.

Tertium eſt quod potiſſimum in illo catarrho cui non coniungi-tur tuſſis debemus abſtinere ab ipſa flobothomia, & credi-mus Auicennam poſuiſſe hunc textum ut complaceret ſera-pioni, qui in primo breuiarij cap. inducto in catarrho nunq̃ meminit de flobothomia, at mox incura tuſſis ubi ad ſit cali-ditas magna cum materia ſanguinea iubet flobotomiam ex uena baſilica.

Ioannes Meſue in tribus duntaxat caſibus in catarrho uult eſſe flobothomandum, Primus caſus eſt ſi catarrhus ſit calidus in calido corpore abundante, inquo ſit oculorum Rubedo & ue narum plenitudo. Secundus ſi catarhus ſit calidus declinans ad oculos ualde, aut qualiſcunq; ſit aut terminetur in fauci-bus aut pulmone aut coſtis aut diaphlagmate & figatur in eis ad collectionem.

Tertius caſus eſt, ſi catarrhus accidat cum febre, Sed non parua admiratione dignum eſt, quod Græci Auctores ſemper in ſecãda uena audaciſſimi in hac catarrhi cura de ſanguine mi ctendo non meminerunt, paulus enim Ægineta nec uerbum unum in hoc protulit ſimiliter nec dum tuſſis medellas doce-bat Alexan. Aetius quoq; nunq̃ pro catarrho curando uel tuſſi ſecandam iuxit eſſe uenam, & licet cap. illo quinquage-ſimo tertio ſemel meminerit de inciſione arteriarum, non ta-men dixit illud pro cura catarrhi ſed pro cura uertiginis & doloris capiti, inqua duo aliquando incidunt patientes catar-rhum propter calidiorem arteriarum temperaturam, dicit enim textus ſic, quedam autem capita propter calidiorem arteriarũ temperaturã tũ uertigine tum capitis dolore apprehenduntur inquibus etiã Arteriarũ inciſione utimur ecce nõpro catarrho ſed pro dictis diſpoſitionibus ſecari arterias dicit Aetius.

Nos pro arbitrio dicemus quid ſentiamus de ſanguine mittendo in cura catarrhi præmittentes ſanguinis miſſionem quandocunq; fiat excepta intentione iam facti apoſtonatis ſeu abſceſſus fieri ad eductionem ſanguinis aut aliorum humorum qui tunc ad intra uenas cum ſanguine continentur, aut ſi ſolum euacuare aut etiam ſi euacuando diuertere quoq; noſtra ſit intentio, hoc à nobis præmiſſum fundamentum eſt tante euidentie, ut nullus bene exercitatus in practica intellectus poſſit ei non aſſentire, idcirco in ipſo perſuadendo non laborabimus & dicimus ex eo non obſcure apparere raros admodum euenire caſus, in quibus in catarrho pro catarrho ipſo non concurrente alterius affectus indicatione liceat uenam incidere pro ſanguinis miſſione cum catarrhus omnis in quacunq; particulam fluat aut fluxerit iam extra uenas ſit humor, & ſi quis tres illos caſus poſitos à Ioanne Meſue in quibus dicit pro catarrho eſſe flobothomandum mature conderet, uidebit non catarrhum ipſum ſed affectus alios catarrho coniunctos miſſionem ſanguinis indicare, quod ſi pro alijs affectibus catarrho adiūctis & non pro catarrho ipſo conuenit ſecare uenam in illorum affectuum cura & non in cura catarrhi iniungi debet uene ſectio, & hanc indubie putamus eſſe cauſam propter quam Græci illi Auctores alias in ſecanda uena audaciſſimi pro cura catarrhi de hoc auxilio ut diximus non meminerunt, at nunc reuertamur & dicamus quod ubi in catarrho calido per ſanguinis miſſionem non fiat minoratio, minorare conuenit materiam aliquo euacuante bene dicto, conuenerunt autem plures Arabum ut expediat facere iſtam minorationem cum decoctione fructuum poſita à Raſi tractatu nono ad almanſorem in capite de catar=

rho quæ eſt talis recipe iuiubas.20.ſebeſten.30.paſſularum enucleatarum.3.10.uiolarum ſicarum.3.4.radicum liquiritie friate.3.5.ficus citrinas.10.coquãtur in tribus libris aque donec redeant ad unam & colentur & in colatura diſſcluantur caſſie fiſtule.3.7.tereniabin i.manne.dragma.10.&c. quidam uero in ipſa aliquid addunt uel minuunt, ſed in hoc non eſt uis nos autem conſueuimus capitis redundantiam ex materia calida euacuare minoratiue ſic, recipe floris caſſie fiſtule.once.1.uel.3.10.uel.once.1.$\frac{1}{2}$.ſecũdũ patientiũ diuerſam etatẽ naturã etc. fiat bolus cum Zucharo albo & pro ualde nobilibus auretur & detur per horam cum dimidia uel per duas horas poſt cenam, qua hora pillule pro capite capi conſueuerunt res & enim quæ pro euacuando capite aut ipſo confortando aut pro equanda materia in capite contenta exhibentur exhiberi debent poſt cenam ut cum uaporibus eleuatis à cibo ad cerebrum uirtus quoq; medicinarum deferatur & iam hoc nos docuit Rabi Moiſes in prima particula ſuorum aphoriſmorum & colligimus ab Auicenna Fen prima tertij capite illo Aureo cum materiam euacuare uoluerimus dum docet exhibere pillulas aſſciareth quando itur dormitum & nos longo uſu & experientia hunc canonem comprobauimus non ſolum pillulas pro capite exhibendo poſt cenam ſed & ſyruppos & frequenter in eſtate bolos caſſie in mataria calida & felices uidimus ſucceſſus.

Si uero frigidus ſit catarrhus qui propter ſui redundantiam, minorationem indicet non cum caſſia ſed cum pillulis id perficiemus & nos non laudamus illos, qui ab ipſo principio pro minoratione dant pillulas cochias, ſed ſimus contenti exhibere pillulas aſſaiaret addendo aliquid agarici, uel pillulas de

biera ſimplici Iterum cum addictione agarica in doſi conueniente patienti.

Perfecta autem intentione minorationis ſtatim ſe ſe offert intentio diuertendi, quoniam ut tertio colligitur artis medicæ à Galeno diuerſio non recte fit corpore exiſtente pleno, & legimus idem ab eo decimo quarto methodi medendi dum dixit, poſt nanq; purgationem illud de omnibus einſmodi affectibus prius eſt præceptum quod uel retro regere humorem qui in membro procubuit oportet uel ipſum digerere nec dicta hæc repugnant ut multi putant dictis eius prius libro decimo tertio folio ſecundo ubi loquens de phlegmone dixit nunc, ad ſermonem de phlegmone reuerſi dicamus communẽ omnium phlegmonarum curationis indicationem eſſe uacuationem quæ uero ad huc in generatione ſunt in ijs prior uacuatione eſt confluentis ad affectum locum ſanguinis inhibitio, hic enim ut patet de materia dum eſt influxu ibi uero de ea iam fluxa fuit ſermo, & intelligimus per intentionem diuerſionis quod catarrhus ipſe ducatur ſeu trahatur à membro, uel membris nobilibus ad ignobiliora, ut ſi oculos afficeret deriuetur ad nares uel ad os uel diuertatur ad ignobilia membra longinquiora completurq; hæc intentio ut cum caput purgijs uidelicet ſternutationem prouocantibus & cum gargariſmatibus & cum cucurbitulis aut incaſis aut non incaſis ſecundum quod neceſſitas expoſcit & cum frictionibus ad loca contraria & cum ligaturis etiam doloris ſi oportet & cum clyſteribus & cum balneis aquæ dulcis calide ad extremitates tum manuum tum pedum ſecundum quod neceſſitas modo aliud aut plura iſtorum expoſtulat, eſt autem circa ſternutationem conſideranda una grauis Auicenne in hoc capite

ſententia dicit enim & ſternutatio eſt nocitiua in principio aduentus catarrhi & coryzæ prohibens maturationem humorum contentorum in cerebro, qui non maturantur niſi cum quiete & cum hoc ipſa trahit ad ipſum ſuperfluitates alias & eſt poſt maturationem ultimi iuuamenti ualde propter illud quod euacuat de ſuperfluitatibus maturis, & eandem ſententiam confirmauit Ioannes Meſue *Addens & ad huc quidem iuuantius eſt poſt corporis mundificationem comunem & propriam,* Alexander *quoq; primo practicæ cap.* 60. *quod eſt de cura lethargicorum, poſt quàm diuerſa ingenia ad ſternutationem prouocandam poſuit inquit ſed non oportet frequenter hoc fieri ſuffocatur enim uirtus eorum & ad huc magis repletiones fiunt capiti quam* Alexandri *ſententiã ipſius* Auctoritate *poſuit* Raſis *primo continentis capite.* 8. *columna prima ubi inquit dixiſſe* Alexandrum *quod ſternutatio frequens replet caput, ex quo apparet quod nullo' tempore medicus debet ipſam frequentare, & nos dicimus in coryza haud quaquã ſternutationem eſſe prouocandam ex hoc enim coryzam augeremus ne dum quod in ea fieret diminutio ut iuniores etiam poſſunt cognoſcere.*

De Gargariſmatibus *etiam* Ioannes Meſue *multa in hoc capite* Aggregauit, *quorũ nõ ẽ noſtra intentio meminiſſe, quoniã modo ſequẽtia præcedẽtibus repugnant modo ſe ipſum cõfundit ita ut non ſint dicta digna tanto* Auctore *nos tantum de eis dicamus ea non conuenire niſi poſt humoris notabilem minorationem ſicut de ſternutatione dictum eſt particulares autẽ materias, ex quibus ipſa fieri debent infra docebimus de frictionibus quoq; & cucurbitulis & ligaturis nec nõ & cliſteribus pro diuerſione ad miniſtrandis inferius loquemur,* Ae-

tius poſuit & uomitum & ut putamus ad diuerſionem in= quit enim, ſi uero cibi incocti amplius in uētre ī natēt ad uo= mitum eger eſt in hortandus, ſed de hoc in primo caſu quē infra ponemus longius loquemur.

Sequitur deinde alia intentio quæ eſt equatio materiei uel ipſius ad expulſionem præparatio, quæ etiam uariis inſtrumentis completur per ea uidelicet quæ comeduntur & libuntur de quibus in prima parte cure iam diximus & repetemus ad huc diſtincte magis quum ad pleniorem & faciliorem do= ctrinam duos caſus ponemus in cura iſta, Completur & hæc ad equationis intentio per ſyruppos, ac per electuaria & lambitiua & non lambitiua & per ea quæ in ore retinentur per unctiones quoq; & ſuffumigia & per aliorum extrin= ſecus applicandorum adminiſtrationem, de quibus omnibus in caſibus ponendis fiet mentio ne idem in utiliter ſepius re= petamus, dicebat enim Ga. 8. methodi quod eadem ſepius re= petere non eſt multa docere ſed multa ſcribere licet ipſe ali= quando præceptum hoc ſuum minime obſeruauerit, & inten dimus hanc materiei preparationem faciendam eſſe non ſo= lum in craſſis lentisq; humoribus ſed & in ſubtilibus & in ijs quidem non ſolum qui per ſputum ab arte, uel à natura undecunq; ſunt euacuandi, uerum etiam & in ijs ſubtilibus qui per pharmacum per inferius ſunt educendi & hoc addi= mus quoniam non uidetur bene compertum apud Galenum ſubtiles humores pharmaco educendos debere prius medio= criter craſſando præparari licet craſſandi ſint ſubtiles qui per ſputum ſunt expellendi, ut ipſe dicit quarto de locis affectis prope finem, & ſubtiles etiā qui ad naturalē ſtatū reduci de bent, ut legimus ab ipſo in libro de conſtitutione artis medi=

cutiue folio ultimo nos autem habemus claram hanc noſtram ſententiam ab ipſo Alexandro primo practice capite uigeſimo nono quod eſt curatio ſi ex colerico humore dolor capitis efficitur ubi ad litteram dicit ſic, oportet ergo colagogis(.i.colere educ[t]iuis)medicaminibus quæ ſuperflua ſunt educa ſed ut hoc poſſit rationabiliter fieri prius infundi corpus uel humectari oportet cibis & temperatis balneis & unctionibus uel acopis multis(.i.medicamentis dolorem mitigantibus)his enim bene temperatus & quaſi imbecillior effectus humor facilius ab extrahente medicamine euacuabitur & profecto ſum in hoc ſepius admiratus quoſdam(alios uiros doctos) qui aſſerunt quod ſi humor bilioſus ſubtilis à natura eſt expellendus neceſſe eſt ipſum ad mediocrem ducere craſſitudinem, quoniam uirtus expulſiua tūc ei melius applicatur ſicut manus in expellendo melius applicatur mediocri lapidi quàm ualde paruo, ſi uero talis bilioſus ſubtilis humor pharmaco eſt educendus dicunt ipſum minime debere craſſari, quoniam à pharmaco eductiuo humor tanto facilius educatur quanto ſubtilius eſt, quia minus atrahenti reſiſtat. At iſti cum hoc quod nullam in hoc habent à Galeno aſſertam ſententiam oſtendunt ſe non uidiſſe textum Alexandri quod diximus euidenter affirmantem, nimus etiam ponderarunt dictum Auicenne contra Raſim Fen prima quarti cum dixit & ſubtile imbibitum & craſſum fixum & uiſcoſum adherens totum illud non eſt paratum ad expulſionem facilem, in quibus uerbis non ignobilem tangit rationem quæ deſtruit ipſorum fundamentum quod eſt hoc quia humor ſi ſubtilior eſt minus reſiſtit ideo facilius educatur, at Aui. & quidem recte dicit quod ſubtilis humor magis imbibitur cum facilius penetret & quanto magis

humor

humor eſt imbibitus tanto profecto difficilius extrahitur ut in mille exemplis in rebus alijs eſt uidere, præterea fatentur iſti uirtutem expulſiuam non ita bene applicari humori ſubtili ſi ipſum debet expellere, licet à pharmaco facilius attrahatur & expellatur, ſed dicamus eis ò boni uiri, an ſcitis ad omnem expulſionem humoris nocitiui faciendam per pharmacum con currere expultricē uirtutē tanq̄ principale agens, ſi igitur hu moris ſubtilitas ipſam incommodat eſto quod pharmaco mi= nus reſiſtat non uideo, quare expulſio debeat eſſe facilior concurrentibus ad ipſam duobus agentibus, quorum princi= pale in opere incommodatur, etiam ſi minus principale co= modum reciperet, quod tamen propter Auicenne Ratio= nem fit nobis dubium, cum quibus autem particularibus in= ſtrumentis hæc fieri debeat adequatio infra ut paulo ante pro miſimus docebimus.

Præparata materia ad expulſionem ſequitur intentio uacuandi ipſam & quidem eradicatiue ſi fieri poteſt quæ etiam euacua= tio ut de minoratione diximus alijs medicaminibus in humo= re calido alijs uero in frigido perficienda eſt, quod ſi fluxus aliquis acius uis humoris ad huc remanſerit aderit demum intentio ipſum ſiſtendi, roborādiq; membra. Quæ confortari & roborari digna ſunt, neq; enim ī mēbris omnibus hoc fieri cōuenit, ut ſuperius de morte Galeni ſufficiēter ē oſtenſum.

Sed iam tempus eſt, ut ad pleniorem faciliorem q; curationis ca= tarrhorum cognitionem duos proponamus caſus, in quorū pri mo calidi catarrhi, in ſecundo uero frigidi cum obſeruatione præmiſſarum intentionum curam ab ſoluemus.

Age igitur fingamus hominem calido catarrho laborantem, cuius caliditatem ex illis octo ſignis, quæ ſuperius poſuimus facile

cognoſces, quibus ſi addantur præteritum regimen calidi humoris, & potiſſimum bilis generatiuum, temperaturaq́; cerebri ipſius patientis calida, Tempus anni calidum & regio calida res erit manifeſtior omni carens ambiguitate, quo cognito pro prima curationis intentione iniunges ſtatim ſibi regimen in prædictis cauſis neceſſarijs, quod longiori diſcurſu ſuperius poſitum nunc breuibus repetetur, præparetur itaq; Aer ad frigidum & humidum inclinans ſi bilioſus fuerit catarrhus, ſi uero ſanguineus eſſet (quod rariſſime accidit) ad frigidum & ad ſiccum, non tamen ſuperflue declinet, iniungaturq́; ſibi uel ex toto quies, uel paruus ad modum motus: Somnus laborantibus catarrho calido non ſimiliter ueluti frigido laborantibus interdicendus eſt ſomnus nanq; humectat & humectando craſſat itaq; acuitatem bilioſi catarrhi frenat. Cibi ſint infrigidantes & craſſantes, ſicuti ptiſana ordeacea, cui in hoc prime partes conceduntur Amili farina, far ordei colatum, & non colatum, in quo ponatur aliquid Emulſionis ſeminum melonis: Amigdolatum quoq; cũ dicta emulſione, Lactuca, Endiuia, Cichorea, portulaca, Et alia id genus: Piſces quoq; non eis abnegentur, neq; ex fructibus, qui ſunt ſicut pira & cotonea poſt cibum.

Serapio concedit eis uitellum oui, quia modicæ ſit caliditatis, ſed quoniam facile in bilem tranſit, niſi uirtutis debilitas ad ipſum exhibendum nos cogat non utiq; ipſum laudamus: parce quidem comedant, & potiſſimum in cena & uinum nequaq̃ bibant, ſitq; eorum potus uel ſuccus granatorum, uel Syruppus Roſatus, uel mirtinus, & lymphentur cum aqua ciſterne In accidentibus animæ ſummopere abſtineant ab ira & à rixa: immo & à multo gaudio,

Quibus ſic diſpoſitis, Aduertes *diligenter ſit ne multa huius ca tarrhi quantitas, an mediocris quod ſi multa fuerit ita ut iure timeri poſſit uel ſubita ab ea ſuffocatio, uel ad aliquod nobile membrum raptus, quia ſuperfluens à natura non reguletur,* Ad *huc ulterius perſcrutari decet an magna appareat ſanguinis redundantia, quæ ex oculorum & faciei* Rubedine, *ac uenarum magnitudine pariter & turgentia ſe manifeſtabit, quæ ſi ad ſit ſi non pro catarrho ipſo, ſaltem pro ipſa ſanguinis redundantia, ne forte effrenitet & ſubtiles eius partes (ut facile accidit) in bilem tranſeant ſanguis eſt detrahendus,* Et *ſi quidem talis redundantia appareat eſſe in ambitu totius à baſilica uel à nigra, quæ communis & mater dicitur, ſi uero magis in capite à cephalica detrahatur, ſi uero ſanguinis non appareat redundantia ſed bilioſus ſit catarrhus multus tamen ita ut prædictorum ſymptomatum ad ſit timor in eius minoratione eſt inſiſtendum, quæ ut iam diximus à multis* Arabum *ſit cum decoctione ſuperius poſita ex ſententia* Raſis *in nono ad* Almaſorem *in hoc capite de catarrho, aut cum altera illi conſimili, nos autem pro hac minoratione, ut prædiximus, conſueuimus exhibere bolum caſſie fiſtule per duas horas poſt cœnam, quod ſi quis à proprietate indiuiduali (ut multos uidimus) caſſiam abhorreat, fiat bolus ex diapruno non ſolutiuo, & ellectuario de ſebeſten nõ ſolutiuo. ana. ʒ.6. & detur hora iam dicta, ſi uero neq; ſanguinis redundantia, neq; bilis effrenitans quantitas ad minorationem nos cogat ſuccedet humoris equandi intentio, de qua paulo poſt longe loquemur, ſed prius inceptos iam ſermones proſequentes dicamus perfecta minorandi intentione ſequitur materiei diuertende intentio, diuerſio enim ut ſuperius oſtendimus mi-*

*norationem ſequi debet & uolumus hic intelligi per diuerſio-
nem quoddam comune etiam ad deriuationem, diuertemus
igitur catarrhum calidum à nobilioribus membris ad ignobi-
liora ut ſi oculos infeſtet trahatur ad nares uel ad os, ut nos
docuit Galenus loco inducto ſexto de tuenda ſanitate, trahe-
tur autem ad nares cum leuibus caput purgijs, ut cum attra-
ctione Aque Roſate, uel etiam uiolate, ante tamen pran-
dium, & ante cœnam, & nos pro nobilibus & delicatis uti
conſueuimus caput purgio ex Aqua uiolata, & manna, ut
exempli gratia, Recipe Aque uiolate oncæ. 3. mãne electe. 3. 2.
miſce ponatur parum pro uice in uola manus & attrahatur
per nares, fiant etiam Gargariſmata cum aqua ordei, uel aqua
uiolata, & ſyruppo de papauere quod ſi poſt minoratam ſu-
perfluentem materiam appareat multum ipſius ad huc reman
ſiſſe, nequaq̃ audendum eſt ſupra caput purgia, uel gargc-
riſmata etiam ſi leuia ſint, ſed dimittatur eorum adminiſtra-
tio, uſq; quo facta ſit ulterior uacuatio, Interea tamen à diuer
ſione non deſiſtat alijs ingenijs perficienda, fiant itaq; frictio
nes, de quibus aliqua eſt dubitatio unde incipiende ſint, non
enim Antiquiores uidentur in hoc concordes immo Ga. ipſe
in hoc uidetur à ſe ipſo diſcors, libro enim. 12. methodi ſeu
Therapeutice, non multum longe à principio dixit ipſas in-
cipiendas eſſe primum ſuperne à cruribus trahendo deorſum,
habet littera ſic, ſane nullã aliã his idoneã uacuationẽ inuent
præter eã, quæ ex frictione paratur incipere, uero ſtatim in
principio morbi opportet, ac primum à cruribus ſuperne deor
ſum, in conſilio uero quod pro puero comitiali morbo labo-
rante compoſuit, dicit incipiendum eſſe à brachijs & mani-
bus ueniendo ad membra inferiora, Alexander tralianus pri-*

mo practicæ cap. 63. quod eſt de cura Epilepſie, ſequitur ſtre hunc ſecundum Galeni modum, dicit enim oportet infrictio nẽ primo à brachijs incipere, deinde uenire ad pectus, & ad uentrem poſtea ad coxas. Auicenna uero prima Fen tertij capite illo Aureo, cum materiam euacuare uoluerimus, dixit frictio uero extremitatum & earum conſtrictio à ſuperioribus ad inferiora eſt huiuſmodi, In capite uero de ſoda temporali, dixit ſed feſtina ad euacuandum & ſtringendum extremitates & fricandum eas, & non dixit eſſe à ſupernis incipiendum, & ſimilia uerba poſuit infra capite de cura lethargie, & infra capite de cura ſubeth facti à ſanguine ponit uentoſas ſuper crura, & flobothomat ſaphenam ad maiorẽ, ut putamus diuerſionem, in capite autem de cura epilepſie, dixit ex eis uero quæ materiam ad inferiora trahunt, eſt fricatio corporis gradatim facta à ſuperioribus ad inferiora, incipiendo à pectore, & quod ſequitur ipſum. Iohannes autẽ Meſue dum docet curare lethargiam incipit frictiones à nuca, & à collo inferius deſcendendo, nos credimus quod ſtante materiei multa redundantia, quia maiori indiget diuerſione, inciepiende ſint frictiones à partibus diſtantioribus, & ea propter plurimum iubemus eas incipiendas à cruribus ſub genibus deſcendendo uſq; ad clauiculas ſeu malleolos, poſtea à natibus uſq; ad genua, demum à ſpatulis ad nates & ultimo per brachia uſq; ad paruam manum, & Gale. quum in. 12. methodi incepit frictiones à cruribus hanc ipſam habuit intentionem ſcilicet multum diuertendi, docebat enim curam febris ſyncopalis humoroſe, in qua tanta eſt humorem redundantia, ut non audeant, aut pharmaco, aut uene ſectione ipſum aggredi, aut mouere, dum uero curare docebat morbũ comitialẽ,

in quo minime ſit tantus materiei exceſſus, & ideo neq; tam longe diuertendi neceſſitas, incepit à ſpatulis, & ſimiliter Alexander, & alij. Statuamus itaq;, quod quum frictiones in catarrho faciende ſunt, ſi quidem ipſe ualde exuberans ſit eas incipiendas eſſe à genibus per crura procedendo, ut paulo ante diximus & cum compleuerint per brachia uſq; ad manus laudamus, ut ſtatim iterum incipiant à ſpatulis ſemper deſcendendo uſq; ad talos, ubi uero non tam exuberans ſit catarrhus incipiende erunt à ſpatulis ad inferiora ſemper deſcendendo: diuertit & ponere extremitates, uidelicet manus & pedes in aqua calida, & ibi fricare eas, diuertunt etiam ligature doloroſe facte & ſupra cubitos, & ad Raſetam manus & ſupra pariter & infra genua, & ſupra malleolos, & incipiatur uel à brachijs uel à genibus ſecundum paucitatem, uel multitudinem catarrhi ut de frictionibus diximus. Diuertunt & quidem fortius cucurbitule & potiſſimum quando cum multo igne apponuntur ponanturq; & ad ſpatulas, & ad lumbos, & ad nates, & ad coxas, & etiam ad crura ſi neceſſitas cogit, Incipiantq; uel à ſupernis, uel ab infernis, habito reſpectu ad minorem, uel maiorem humoris redundantiam, ut & de frictionibus & de ligaturis paulo ante diximus, quod ſi poſteaquam appoſite fuerint apparuerint loca, ſuper quae ſunt ualde rubra, uel nigra laudamus ut ſcalpello, uel quouis alio conuenienti inſtrumento ſcarificentur inde enim ſepius magna exorta eſt utilitas debita ſanguinis quantitate extracta; inquit Ga. tertio de locis affectis capite quarto, loquens de cucurbitulis, atq; efficatiores ſunt ille, quae conciſa prius cute adaptantur, Clyſteres quoq; antiſpaticam diuerſionem complent, ut legimus à Galeno tractatu ſecundo de compoſi-

tione medicinarum ſecundum loca & ſepius alibi & Aetius capite illo quinquageſimo tertio libri decimi totiens inducto dixit porro diuturnas diſtillationes fortis clyſter ſanat, ſed apparet Aetium loqui in catarrhis frigidis, dixit enim diuturnas diſtillationes morbi autem diuturni ſemper ſunt frigidi, ut Ga. dixit commento trigeſimo nono ſecunde particule & Aui. prima tertij capite de cura hemicraneæ, dixit egritudo cuius tempus prolongatur ſecundum omnem diſpoſitionem ſuam eſt frigida, Et in frigidis catarrhis acuti clyſteres utique ſunt iuuantes, ſicut & nos infra dicemus, ſed cum in propoſitu caſu calidi catarrhi ſingulariter curam doceamus à fortibus clyſteribus iubemus abſtinere, & lenibus tantum uti, quale exempli gratia eſſet iſtud Recipe Aque ordei facte ſecundum artem. Lib. 1. $\frac{1}{2}$. olei uiolati & Roſati ana. onc. 2. ſaccari de medera, mellis uiolati ſam. onc. 2. uitellorum ouorum numero duo uel unum ſalis parum miſce &c. uel alter fiat ſic, Recipe foliorum uiolarum, & malue ana. m̄. 1. bletarum & ordei ana. m̄. $\frac{1}{2}$. Bulliant in ſufficienti quantitate aque uſque ad conſumptionẽ medietatis, de qua decoctiõe Recipe Lib. 1. $\frac{1}{2}$. olei Roſati uel uiolati onc. 3. uel quatuor, floris caſſie uel electuarij lenitiui onc. 1. ſaccari de medera oncæ. 2. uitelli ouorum numero duo ſalis parum miſce &c. & ex his poterit etiam iunior quilibet medicus conſimiles eliciare.

Vomitus quoque hanc diuertendi intentionem haud parum adiuuat, qui eo facilius in hoc morbo prouocabitur, quo bilioſus humor frigido humore longe facilius ſurſum fertur & uomitu eiatur, & ideo dixit hippo. Graciles & facile uomentes purgare ſuperius, et Ga. in commento dicti rationem reddens, dixit, magna enim ex parte graciles ſunt bilioſi: & uomitus

quidem in iſtis prouocari debet cum rebus leuibus & conſuetis, ut cum aqua multa tepida & conuenienti portione Syrupi acetoſi ſimplicis, uel etiam de duabus radicibus, ſi biles eſſet craſſiuſcula laudamusq; fieri hunc uomitum repleto uentriculo multo cibo, tunc & enim humores cibo admiſti facilius per uomitum uacuantur, Sitq; cibus ingeſtus, uel ptiſana ordeacea conſuetam excedens quantitatem, uel olera in aqua cum oleo uel etiam cum iure pingui elixata, non tamen ſtatim ingeſto uomitiuo uomere tentent, immo ſi fieri poteſt due intercidant hore, moueaturq; patiens ſecundum diuerſos ſitus uomitiuo aſſumpto, quo facilius & humores, & cibus & uomita decoctio inuicem miſceantur.

Minime autem ſilentio prætereundum putamus, quod ſi patiens eſſet ad uomitum difficilis ualde nequaquam uomere cogendus eſt, dicebat enim Ga. primo de locis affectis cogere eum ad uomitum, qui uomere non poteſt abſurdum eſt, &. 11 methodi medendi, dixit, de uomitu in putridis febribus, quod ſi ad os uentriculi aliquando ſponte ſua impetum capiant etiam per uomitiones, Aliter autem non eſt quod ea præter naturam irrites hocq; ipſum uidemur poſſe elicere ex inducto hippocratis aphoriſmo, in quo noluit abſolute affirmare graciles eſſe per uomitum purgandos, ſed dixit Graciles & facile uomentes neq; contentus hoc addidiſſe, ſciens uomitum hieme non facile fieri addidit timentes hiemen oſtendens ex his eſſe eius mentem uomitum non uiolenter eſſe prouocandum. Completa hac diuertendi intentione uno uel pluribus uel etiam omnibus ingenijs iam dictis ſuccedit altera, quæ in hoc ordine eſt quarta catarrhi curandi intentio equatio ſcilicet materiei, quæ utiq; ſecunda eſt, niſi ſuperfluens multum uel etiam turgens materia cogat

ria cogat

ria cogat minorationem & diuerſionem eſſe ſibi proponendas, fit autem hæc materiei adequatio multis ac uarijs ingenijs, quorum primum ſunt cibi frigidi iam ſuperius dicti, ſed potiſſimum ſunt Syruppi bilioſum catarrhum moderate craſſantes quacunque uia ipſe uacuari debeat, ut ſatis ſuperius oſtendimus, Syruppi uero hanc intentionem perficientes ſunt Syruppus de infuſione roſarum ſicarum uel etiam recentium, Syruppus uiolatus de Ribes nenupharinus de papauere, qui ſi ſuperflue ad eſſent uigilie ſicut ad eſſe conſueuerunt dominante bile præceteris ſunt eligendi, quoniam cum hoc quod materiam craſſant ſomnum quoque conciliant, eſt & Syruppus myrtinus nobis multum domeſticus, qui & humorem craſſat & fluxum ſiſtit, & ſputum facilitat, quod ſiquis apparente hepatis inflammatione Syruppum de infuſione endiuie ad miniſtret laudabimus ipſum Aque uero Syruppis commiſcende ſint Aqua endiuie, uiolarum, portulacæ de nenufare Roſata niſi patienti proprietas inſit ex Roſarum odore deſtillationem incurrere, ut nos multos nouimus, Aquam quoque lactucæ & alias id genus commendamus.

Neque prætereundum hic cenſeo Syruppos pro catarrho, ſicut & pro alijs capitis proprijs affectibus exhibẽdos eſſe per duas horas, uel per unã cum dimidia poſt cenam, non in aurora, ut plerique faciunt, & iam prædiximus hoc cum de minoratiuis fuit ſermo, completur & ipſa materiei adequatio cum in unctionibus capiti impoſitis, & in calida quidẽ materia, de qua præſens eſt ſermo conueniunt oleum Roſatum, & præcipue onfacium uiolatum mirtinum nenufarinum & alia id genus, quibus (remotis tamen prius capillis) & coronalis, & ſagitalis con miſſure bis uel ter indie in ungi debent, per diem

ſpatium uiginti quatuor horarum intelligentes, & obſeruetur præceptum Auicenne, *hic quod confirmauit* Ioannes Meſue, *& eſt quod frigida, quæ pro catarrho calido adhibentur non adhibeantur actu frigida, ſed ſolum potentia talia.*

Adequant cerebri ſuccos & odorata naribus attrahentibus appropinquata, odoret itaq; patiens catarrhum calidum uiolas et ipſarum aquam (nenupharis flores & ipſarum aquam) ſimiliter & roſas ni ut paulo ante diximus, ab occulta proprietate eius caput ab eis tentetur, odoret et ſemina mandragore, & camphoram, quam Aetius primus inter antiquos nouit et ipſam caphuram appellauit, odoret et ſandalos et poma odorifera, et alia id genus frigida.

Nos Dum Rome eſſemus, præparauimus multotiens pro magnis Dominis nobile ſuffumigium, et ualde odoratum pro catarrhis calidis quod recipit camphore. 3. 2. ſandalorum omnium ana. 3. 1. Gariofilorum. 3. 2. omnia pulueriſata ponantur in phiala, in qua ſint Aque Roſate lib. 1. $\frac{1}{2}$. Aceti Roſati oncæ. 4. et ſuper pala candenti proiciantur oncæ. 4. prouicæ clauſis prius feneſtris, et hoſtio camere, eleuatur enim fumus ſuauiſſimi odoris cerebrum confortans, Ordinauimus et pomum odoriferū tale Recipe Roſarū rubearū ſiccarū Sandalorū alborum, et rubeorum ane. 3. 2. camphore. 3. 1. $\frac{1}{2}$ uiolarum ſiccarum, ſeminis mandragore, ſandalorum citrinorum, florum nenupharis ſiccorum ana. 3. 1. cum tragagento uel gummi arabico aſperſo cum aqua Roſata fiat pomum manibus geſtandum & frequenter odorandum.

Quæ etiam in ore tenetur hoc ipſum operantur, inter quæ ſunt diatracantum comune, diatracantum frigidum, diatracantum cum bolo armeno, et nos ad hanc ipſam intentionem conſueuimus

mus ordinare duo expertiſſima Auxilia: primum eſt Recipe tracaganti.. ℥. 2. ½. Roſarum rubearum ſiccarum mirtillorũ ana. ℥. ½. ſucci liquiritie. ℥. 1. camphore. ℈ ½. fiant pillule in forma plana, ſicut lupini cum ſyruppo mirtino teneat paciens unam pro uice ſub lingua. Aliud primo excellentius Recipe tracaganti once. ½. corallorũ alborũ & rubeorum ana ℈. 2. Sãdalorũ omniũ, gummi Arabia, boliarmeniana. ℥. ½. cãphore. ʒ. 1. Succi liquiritie. ℥. 1. fiãt pillule in forma plana cũ ſyruppo mirtino &c. Aetius capite illo ſepius inducto alijs nõ cõferẽtibus audet ſup̄ deſtillationẽ aque frigide ſuper caput, inquit enim ſi uero ab his nihil leniatur diſtilatio, neq; tamẽ amplius augeſcat, ſed eodẽ modo ad plures dies perſiſtat præſentiſſimũ auxiliũ capitis irroratio exiſtit maxime in eſtate et capitis tẽperatura calidiore, oportet autẽ in balneis ex alto frigida aqua delabẽte caput ſubdere ut uiolentũ inde ſuſtineat inſultũ, è ueſtigio enim dẽſitatẽ diſſcluit Animauerſionem, tamen habere opportet an thorax inde facile offendi poſſit, conſueuit enim prompte à capite frigiditatem tranſſumere hæc Aetius: Ego ut uera fatear dum conſiſtens ad huc in peruſino Ginnaſio theoricam medicine profiterer habens caput calidum ualde à anus caliditate non parum ledebar irroraui ſepius caput: etiam hieme & noctu aqua Roſacea, & aceto pauco, aliquando uero Aqua ipſa pura intenſe frigida, & mirum in modum ab ardore illo capitis ſimul & à dolore ſubleuabar, deſtillationem autẽ ab alto nunquam recepi neq; in hanc uſq; diem in aliquo unquam uſus ſum, ſcio tamen petulantiſſimum quendam tempeſtatis noſtre medicum in quadam Illuſtriſſima Domina catarrho tantiſper calido laborante hoc ingenio uſum fuiſſe, ex quo Illuſtriſſima illa Do=

mina & ad principium comitialis morbi & ad oris torturam ac oculorum ſtraboſitatem deducta fuit non ſine magno illius petulantiſſimi medici mortis periculo, à quibus tamen omnibus ſymptomatibus Excellentiſſima illa Domina *Aliorum medicorum Auxilijs incolumis euaſit.*

Iis omnibus pro materiei equatione adminiſtratis iam tempus erit materiam præparatam euacuare, & quidem eradicatiue niſi ſuperfluens ualde ſit ipſius quantitas, & uirtus ipſa tolleret, quod ſi forte ex tot adminiſtratis eſſet materia ad benignum deducta, ita ut uacuatione non egeret ab ea utiq; deſiſtendum erit dimictendaq; omnia nature, quæ obediente humore ſingula recte diſponet, ſi uero humor non ad benignum deductus ſit, ſed præparatus ad facilem expulſionem uacuetur cum pillulis uel cum bolo deſcribendo, & ſi quidem cum pillulis has laudamus quas nos conſueuimus Recipe *pillularũ ſine quibus, ſpecierũ hiere ſimplicis ana.* ℈.2. *Agaria præparati.* ℈ $\frac{1}{2}$ *.fiant pillule.* 5 *.cum ſucco roſarum puro, uel cũ aqua roſata capiat per duas horas poſt cenam & dormiat ad libitũ, Si uero in bolo potiusq̃ in pillulis deſideretur ſolutiuũ, laudamus hũc bolũ,* Recipe *floris caſſie fiſtulle.* ʒ *.* 3 *.electuarij de pſilio once.* $\frac{1}{2}$ *.uel.* ʒ *.*3*.agarici præparati.* ℈.4*.miſe fiat bolus cum ſacharo fino, capiat per duas horas poſt cenam & dormiat ad placitum uſq; quo educere inceperit, poſtq̃ enim euacuatio incepta eſt, aut quaquam conceditur ſomnus, niſi ipſa ſuperflueret, & hoc ipſum in exhibendis pillulis obſeruetur.*

Quibus exactiſſime per actis, ſi catarrhus iam deſierit, non eſt opus ad alia ingenia deuenire, quod ſi ad huc perſeueret et omni ingenio intendendum eſt ad ipſum ſiſtendum, cui intentio=

ni & ſi multa ingenia ad bilem craſſandam iam narrata de=ſeruiant & ea potiſſimum quæ diximus in ore eſſe retinen=da, addemus tamen & alia quæ alijs non conferentibus ſe=pius experti ſumus primum eſt, Recipe conſerue Roſate an=tique oncæ.2.corallorum rubeorum boli armeni orientalis ana.3.I.miſce teneat ex hac mixtura patiens in ore ad quantita tem auellane ſingulis horis ſecundum ingenium eſt ſpargere puluerem ſtiptiam cerebri confortatiuum ſuper ambas con=miſſuras coronalem ſalicet & ſaggitalem, & nos duos pul=ueres deſcribemus in caſu hoc conuenientes, primus fuit Auen Zoar tractatu.i I.capite primo, & licet deſcribat ipſum pro materia frigida, nos tamen experti ſumus ipſum etiam in ma=teria calida, lauando tamen dictum puluerem cum aqua roſa=ta bis uel ter, ſicuti etiam ipſe docet & poſtea dimittatur ex ſiccari, & iterum reducatur in puluerem, cui nos addimus pro materia calida & corallos rubeos, et roſas rubeas ſiccas, Auen Zoar enim ſolum ex tribus conficit puluerem, ſalicet ex macæ anamomo & gariofilis, & nos addimus corallos & roſas ut diximus pro materia calida, ſed nolumus iſta duo lauari cum aqua roſata, ſicut illa tria & ſit uniuſcuiuſque iſtorum doſis.3.I.ita ut ſint.3.v.pulueris.

Secundus puluis eſt ex inuentione noſtra primo longe præſtan=tior in catarrho calido, de quo noſter ad præſens eſt ſermo Recipe corallorum Alborum & Rubeorum, Roſarum Ru=bearum ſiccarum, Mirtillorum ſiccorum, gummi Arabici uſti, Tracaganti uſti, nucum cipreſſi ana.3.I.macis gariofilorum ana.℈.I.miſce fiat puluis ſubtiliſſimus, qui ponatur ſuper di ctas commiſſuras tonſis prius capillis & bonum eſt inunge=re prius loca cum oleo roſaceo, uel mirtino, quo puluis firmius

adhereat: obſeruetur q; ut permutetur omni tertia uel quarta die & quotties ſecundus puluis debet apponi, primus ſeta uel panno leuiter remoueatur ne nimium ſuper excreſceret & præcedens ſubſequentem impediret.

Tertium ingenium eſt cerotum in forma ſeu figura ✝ *applicandum ſuper ambas iam dictas commiſſuras locis prius ab raſis uſque ad cutem, & eſt fortiſſimum inſiſtendo talem calidam deſtillationem, ut nos ſumus experti* Recipe Tracaganti *uſti, gummi arabici uſti, ſpōgie uſte ana.* ℥.1. *corallorū rubeorū* ℥.2. *Acacie hyppociſtidos gallarū coppularum glandium nucum cipreſſi ana* ℥. ½. *ſandalorum omnium ana.* ℈.1. *maſti cis.* ℥.1 *raſine pini. q. ſ. ad incorporandum fiant duo uel tria cerotaria, ut quando unum receperit humiditatem altero loco eius poſito illud exſiccetur, & ſic alternando procedatur donec ſanetur.*

Quartum ingenium eſt diacodion, ſeu diapapauer à multis antiquorum laudatum, & per ipſos, & per nos expertū de quo dixit Aetius *probe etiam ad diſtillationem facit antidotas ex capitibus papaueris ſoporifera ante ſomnū exhibita, & enim ſomnum dulcem infert, & reprimit fluxum & nos affirmamus multos uidiſſe quibus ex ſubtili ſalſo q; catarrho minebat periculum future pthiſis iam manifeſtum ex huius antidoti continuo uſu fuiſſe curatos.*

Quintum expertiſſimum remedium, in quo ſumma eſt ſpes eſt uſus pillularum decinogloſſa, quas nouelli medici, qui in libris antiquorum minime ſunt exercitati aſſerunt fuiſſe nicolai ſalernitani, qui eas deſcripſit in antidotario ſuo, ſed ipſarum primus Auctor *re uera fuit* Alexander *tralianus, quod ut pro ueritate oſtendamus ponemus amborum in ipſarum deſ=*

criptionem fideliter uerba, exquibus quod diximus facile manifeſtabitur Alexander *libro ſecundo practicæ cap.12. in quo ponit medicamenta ad tuſſim poſt aliquorum deſcriptionem inquit,* Item *alιud eſt enim fortiſſimum & multum utile ad acre & tenue reuma, de quo multos ſcio ab una potione ſola fuiſſe ſanatos, quamuis ſatis multo tempore reummatizaſſent non autem opportet hoc adiutorium alicui tradere, niſi ſolis his quos diligis, & qui à te artem diſcere uolunt ad multa enim facit,* Recipe *mirre trocliten. 3.6. olibani. 3.5. opij. 3.4. iuſquiami. 3.4. cortices radicum, herbe anogloſſe. 3.4. cortices igitur ſiccans &c.*

Nicolaus *autem deſcribens ipſas inquit pillule cinogloſſe multum ſunt utiles ad acre & tenue reuma, plurimos enim ſcio quamuis longo tempore reumatizantes his ſuſceptis procul dubio fuiſſe curatos ecce in utriuſq; exordio habemus uerba fere non mutata, deinde proſequitur diſcribens eas,* Recipe *cinogloſſe opij iuſquiami omnium trium ana. 3.4. mirre trocliten. 3.6. olibani. 3.5. ecce hactenus non diſcordat ab* Alexandro *niſi parum in pondere, deinde ad maiorem opij correctionem addit* Gariofilos, *& cinamomum, & croci zumbri i. ut nouelli medici dicunt fecem ſtyracis liquide,* Iohannes *etiam meſue in ſuo antidotario deſcripſit conſimiles pillulas ſub titulo pillule ad omnes morbos catarrhi, & non meminit* Auctoris, *At demum in capite de cura catarrhi repetit eaſdem, & dicit fuiſſe acceptas ex libro* Alexandri Medici *: dicamus autem ad primum redeuntes non eſſe catarrhum calidum, qui uirtute non omnino ad huc labefactata ſed forti exiſtente, & factis iam dictis debitis uacuationibus per uſum iſtarum pillularum non facile ſanetur, in doſi autem exhibenda non conue-*

nimus cum nicolao, qui dat quinq; uel ſex, nos autem nunq̃ conſueuimus tranſcendere unam uel duas ſub pondere unius ſcropuli, nec exhibemus niſi bis uel ter ad ſummum in hebdomada per unam horam uel duas poſt cœnam, neq; hic curamus morderi à formidoloſis medicis, qui anodyna hæc narcotica adeo abhorrent & deteſtantur, ut infirmorum mortem præ eligant q̃ ipſorum exhibitionem, contra quos ultra Alexandri & Meſue Auctoritatem ſatis ſit cum experientia afferre in hoc diuinam Galeni ſententiam, quam certiores ſumus eos ne dum non ponderaſſe, ſed neq; uidiſſe, Ga. enim. 12. methodi medendi folio primo utrunq; extremum deteſtatur illorum uidelicet uſum, qui ſtatim in non forti etiam dolore hæc adminiſtrant & illorum rurſus qui laborantes mori permiſtunt antea q̃ uelint hæc adminiſtrare, Inquit enim qui uero cubantis delitijs ſubſcribit eiuſq; uoluptatem pro meta gerendorum habet adulatoris ſupple facit officium conmictunt medici huiuſmodi exceſſus cum in alijs quoq; remediorum generibus non paucas, tum uel maxime in his uocatis anodinis que ex papaueris ſucco uel alterci ſemine uel mandragore radice uel ſtyrace uel tali quopiam fiunt, nam & qui egris gratificantur in eorum medicamentorum uſu modum excedunt, et qui intempeſtiue in modiceq; ſunt animoſi dum prorſus eorũ uſum refugiunt doloribus egros iugulant ergo ueluti in omni totius uite tum habitudine tum actione ita hic quoq; conſilium illud ſapientis, qui ne quid nimis dixit complectemur habentes pro fine quo tendimus cubantis utilitatem, quippe ſi fas eſt ijs remedijs, quæ morbum ſanant, quod optamus efficere abſtinendum ab ijs ſomniferis medicamentis eſt quæ uocant anodina, Sin uigilijs & uiribus reſoluendis ad mortis diſ

crimen

crimen eger tendat tum profecto tempeſtiue eiuſmodi medicamentis utare, ſcilicet non ignarus corporis habitum non nihil ex his lædendum leſionem tamen quàm mortem potius optandam, nam ſi hæc admodum magna non ſit ſaltem ſpatio eam ſarcire licebit, ſin ita eſt immodica ut nec prolixo ſpatio perſanari queat at certe hanc ipſam eligendam potius remur q̃ ut homo pereat hac nimirum perſuaſione ipſe quoq; tam & ſi omnium maxime ab uſu grauiter ſapientũ abhorrens, aliquãdo tamen ea & colicas exhibeo & ijs qui uel oculorũ uel aurĩu uel aliarũ partiũ uehemẽtiſſimo dolore cruciãtur interim uero et quũ eger ex tenui deſtillatione uigilijs & uehemẽti tuſſi urgetur pauxilulum eiuſmodi medicamenti offero qualem noxam eius ſiquis ſemel eſt uſus ſpatio emendatum iri ratus: Ecce Galenum in pluribus diſpoſitionibus & in tenui deſtillatione, ideſt catharro, de quo nunc noſter eſt ſermo urgente infirmi diſcrimine narcotica exhibentem: eodem quoq; libro ſcilio pene ultimo rediens ad horum medicamentorum ſermones clarius adhuc docuit quando liceat eis ſecurius uti loquens in cura dolorum ita dixit quippe tenuis conſiſtentie & calidarum uirium pleriq; talium humorum ſunt e diuerſo que ex papaueris ſucco & alterco & eo modo frigida medicamenta ſunt ſimul omnino & refrigerant & ſiccant, qua ratione non ſolum ut ſenſui torporem inducentia ſalutaria ſunt ſed etiam ut humorum tenuitatem cogentia atq; craſſantia preterea uehementem calorem refrigerantia ecce Galenum iterum aſſerentem in calidis tenuibusq; humoribus narcotica ipſa plurima afferre iuuamenta, quum itaq; talis nature ſit catarrhus cuius curationem in propoſito ca-

ſu nos docemus tantum ab eſt ut narcotica nocumentum afferant ut etiam magnopere ſint ſalutaria.

Et *non longe diuerſam ab hac ſententiam legimus ab eo libro tertio decompoſitione medicinarum ſecundum loca. Quem multi dicunt* Myamir *capite de difficultate auditus, ſed quoniam antiqua translatio multum deprauata eſt, ponemus alio modo fideliori illius textus ſeriem ut in codice greco inuenitur, dicit ego autem dolores & adipis confricatione ut dixi & nardino unguento tetrapharmaco admixto mitigari dico & affectum ipſum auferri quemadmodum ſanè & oui albumine & lacte muliebri.* Mitigari uero *ſolum abſq; quod auferatur affectus opio: per accidens tamē non primo diceret quiſpiam opium affectui conferre, nam ceſſante dolore ſomnoq; ſuperueniente natura concoquis affectum dolores excitantem: poſſemus & plura ex alijs antiquis auctoribus hoc ipſum confirmantibus adducere, ſed ſatis ſit ad præſens hæc* Galeni *induxiſſe.*

Sextum *remedium ſeu ingenium de quo apud antiquos nullos inuenimus ſermones, quoniam profecto non fuit eis cognitum eſt adminiſtratio gucciarum alicuius mineralis aque balnearum, de quo paulo infra latius dicemus.*

Septimum *& ultimum ingenium quod etiam apud antiquos non fuit multum in uſu neq; multum celebratum ad quod tanquam ad ſacrum auxilium, alijs non conferentibus eſſet confugiendum eſt cauterium actuale:* De quo *non inrationabiliter multi dubitant an in calido catarrho poſſit canonice adminiſtrari timentes ex nimia illa candentis ferri uel auri caliditate fluxum ipſum magis intendi, in quo dubio non intendimus nunc inſiſtere, pollicemur tamen dum paulo in*

ſra frigidos catarrhos curare docebimus in hoc & in gue- cijs terminorum recipiendis longiores afferre ſermones, Nunc *tantum duo affirmantes uel aſſerentes primum quod ſi cali dus catarrhus cauſam habuiſſet frigidam* Compertum *eſt enim multoties calidos catarrhos a frigore, & frigidos a ca lore excitari poſſe minus timeremus ſuper cauterio admini ſtrando quam ſi calidi catarrhi cauſa etiam fuiſſet calida ut inferius repetemus.*

Secundum quod dicamus eſt quod ſaltem ueſicatoria in catar- rho calido tute adminiſtrari poſſunt & ipſa quidem in eo- dem fieri debent loco, in quo cauteria ipſa fieri conſueuerũt quem locum infra docebimus & hæc pro recta perfectaq; calidi catarrhi curatione uidetur nobis abunde ſatisfacere.

Accedamus igitur iam ad frigidi catarrhi curationem qua expe dita præſenti opuſculo finem imponemus fingamus itaq; rurſus occurre medico hominem frigido catarrho laboran- tem. Q*uem catarrhum talem eſſe ex his quæ ſuperius an- notauimus ſignis facile cognoſcet, quibus ſi addantur frigi da cerebri patiens temperatura præteritum regimen frigi- dorum humorum generatiuum & multiplicatiuum tempus anni frigidum & regio frigida res erit manifeſtior omni carens dubitatione & potiſſimum ſi ijs omnibus addatur ſeu adiungatur adhuc morbi ipſius diuturnitas propterea quæ iam diximus.*

Huic ſtatim iniunget medicus debitum regimen in ſex illi cauſis neceſſarijs diſponet itaq; aerem ſue habitationis ita ut ad caliditatem moderatam & ſiccitatem inclinet ſi pitui toſus eſt catarrhus aut ad caliditatem pauxillulam & maio rem humiditatem ſi melancolicus ſit quod ſi ex præſente

cœli ſtatu aut anni tempore aut regionis natura ſic aer non ſic diſpoſitus inueniatur præparetur artificialiter aut cum igne aut cum ſuffumigijs quod ſi ignis incendatur cum lignis de iunipero utrunq; compleretur & complebit intentionem aduertentes iterum moderatam & citra ualentem debere eſſe continentis aeris caliditatem quod ſi forte fortuna catarrhum illum frigidum a calida cauſa hortum traxiſſe contingeret cautius profecto tunc agendum eſſet ne ad aucta ambientis caliditate catarrhi quoq; cauſa & cum ea catarrhus magis augeretur. Duo nanq; ſunt quæ præceteris catarrhi curationem haud parum difficilem reddunt *primum quidem id ipſum eſt quod iam diximus quando uidelicet frigidus catarrhus ſui aduentus cauſam habuit calidam ſecundum huic primo quodammodo ſimile & quodammodo contrarium eſt quum calidum catarrhum cauſa produxit frigida.* Hic & *enim non tute frigefacere ut catarrhi caliditas poſtulat ibi uero non ſecure calefacere ut frigidus indicat catarrhus medico conceditur quoniam hic frigefaciendo ibi autem calefaciendo in cauſam catarrhi adderemus ad aucta uero cauſa affectus minime minuetur.*

In *quo tanto curationis diſcrimine uidetur nobis principem curantis medici ſcopum & intentionem eſſe ſubmouere cauſam quam intentionem in omni morbo cauſam habente ſi curari canonice debeat uoluit* Ga. *eſſe ſemper obſeruandam & uidetur nobis cauſam calidam a qua frigidus gignitur catarrhus & pariter cauſam frigidam a qua catarrhus oritur calidus plurimum eſſe cauſas procatharticas: non enim niſi extra rerum ordinem accidere poteſt ut manſiua cerebri temperatura frigida non frigida ſed calida producat*

ſeu multiplicet excrementa quin immo dia b u Ga . ut a principio induximus cerebrum ſuapte natura pituitoſas mul tiplicare ſuperfluitates pari modo ſi accideret menſiuam eius temperaturam eſſe calidam calida & non frigida deberet co icernare excrementa frigidi itaq; catarrhi ſi accidat cauſam eſſe calidam & calidi catarrhi cauſam eſſe frigidam non facile niſi illas procatharticas eſſe poſſumus imaginari quas cauſas facilius q̃ antecedentes aut coniúctas (quas Gal.aliquando cõtinẽtes uocat aut cõtentiuas)ut plurimũ poſſe remoueri nemo ambigit inſiſtendũ igitur prius eſt ut cauſe iſte quibus datur conueniẽtibus auxilijs ſubmoueantur demum catarrho omni ingenio eſt intendendum ſed iam illuc redeuntes unde non inutiliter digreſſi ſumus dicamus quod ſi catarrhi frigidi cauſa eſt calida ipſa ad huc perſiſtente ambiens haud quaquam eſt multum calefaciendus immo neq; paruam calefaciendus eſt ſed potius ad remiſſam quandam declinet frigiditatem ſed ſi cauſa calida iam ex toto ſubmota eſt uel ipſius frigidi catarrhi cauſa fuit frigida Aer omnino merito catarrhi debet conuenienter calefieri & igne ut diximus & ſuffumigijs et repetemus ignẽ excitatum in lignis iuniperi horum utrunque perficere ſuffumigia autem ſola commode fiunt ex ſtyrace ex thure & alijs id genus inter quæ optimum eſt ipſum berzui quod multi & forte quidem non falſo ueram myrram dicunt quod nunc admittimus quoniam ut alias diximus uera myrra a dioſcoride & ab antiquis alijs ponitur multum odorata at iſta quá utimur tantum ab eſt ut ſit odorata ut fetorem potius odorantibus afferat fatemur tamen conſuetã illam mirram calefacere & exſiccare & pituitoſam a ca-

pite deſtillationem, abſcindere.

Motus & ſi laborantibus frigido catarrho minus ſit prohibendus q̄ laborantibus calido non minus quies magis q̄ motus eſt eis iniungenda & potiſſimum ante humoris concoctionem & minorationem poſt illud uero liberius poteſt eis cōcedi motus & potiſſimum membrorum inferiorum a quo tamen frictiones ipſe de quibus inferius loquemur multoties excuſant.

Somnus in quem patientes huiuſcemodi catarrhum & potiſſimum pituitoſum ex natura humoris multum inclinantur longe magis ipſis q̄ calido catarrho laborantibus eſt inhibendus periculum enim eſt ne ſomnum incurrant altum ideſt profundum dicebat Ga. tertio de locis affectis capite. 4. quod ſi frigus cum humiditate uehementer intendatur ſoporem ſtuporemq; conſtituit & in primo de ſympthomatum cauſis prope finem dixit ſomnum Lethargum fieri a frigiditate & humiditate ſimul & a qualibet etiam de perſe & de laborante tali catarrho intellexit uerba ſua Aui. quum dixit & minoret potum aque congelate neq; dormiat in die & ſitiat & famen patiatur & uigilet quantum poteſt quoniam ſunt initium cure. Nemo tamen putet intelligere nos iſtos a ſomno eſſe penitus prohibendos uirtus enim in eis nimium profecto reſolueretur ſed intelligimus longe minus iſt s q̄ laborantibus calido catarrho eſſe dormiendum & nequaquam unquam in die.

Cibi ipſorum caliditatem non multum intenſam frigiditatem autem dominantem nullam poſſideant, laborantibus nanq; materialibus morbis non tantum pro uirtute ipſa manutenenda ſed & pro ipſorum humorum preparatione (ſi nihil

ſit quod prohibeat) cibaria debent exhiberi at frigidorum humorum (quoniam ut plurimum craſſi ſunt) præparatio eſt ipſorum cum ſubtiliatione adequatio ſubtiliatio uero ipſa nõ frigido ſed calido perficiatur obſeruetur tamen pro cumuni ſcopo ſicut iam prædiximus ut quæcunque ab eis deuorantur cibaria talia ſint quod habitu ſuo caput minime tentent & propterea paulo ante acrumina omnia indiſtincte damnabamus pari modo & plurima legumina conuenit eis amigdolatum ideſt lac amigdolarum quas tamen amigdalas quidam inſcij nouelli medici in modeſte uituperant & deteſtantur aſſerentes ipſas halitu caput tentare contra quos licet iuſte exclamare o fatue beſtie uidiſtis ne paulum Ægi netã incapite ſuperius inducto de cura catarrhi bis amigdolas concedentem carnes quoq; Auicularum incolentium montana ac turdorum & externarum quas uulgus perdices appellat & pullarum Gallinarum in prandio & quidem parce ipſis conceduntur & tunc præcipue quum minorata exparte fuerit materia & reliquum ſemi concoctum cena autem omnino minor ſit prandio neq; in ea concedantur ipſis carnes quid autem de uino eis exhibendo ſentiamus iam ſatis ſuperq; ſuperius diximus & paulo poſt ad huc repetemus. Declinentq; potius ad inanitionem quam ad repletionem ut minorato cibo natura in materiei concoctione & reſolutione magis ſit intenta & nos iam oſtendimus maiores hoc ipſum uoluiſſe an uero in hoc frigido catarrho parcius cibis agendum ſit q̃ in calido an uero e conuerſo non forſitan leuis eſt dubitatio quo enim calidus catarrhus breuiorem & acutiorem facit morbum apparet in ipſo parcius deuorandum quo uero frigidus maiorem ſecum affert ple-

nitudinem uirtutem ipſam magis aggrauantem ſeu oppri= mentem(cerebrum enim pituitam & non bilem ſi apte na= turæ habet multiplicare)& quo diuturniorem morbum effi= cit apparet in eo magis ſub trahendum & uidetur nobis quæſtionem hanc ſimplici uerbo abſolui minime poſſe ſed oppettere diligentius ſcrutari ſit ne utriuſq; catarrhi quan= titas equalis an unius quantitas alterius quantitatem mul= tum excedat quod ſi altera alteram ſenſibiliter excedat ua= na utiq; & inutilis eſt comparatio quum enim aliqua ad in= uicem conferuntur oportet reliqua omnia eſſe paria his dum taxat exceptis in quibus fit comparatio pariter & illis quæ de neceſſitate ſequuntur ad illa inter quæ comparatio ca= dit ſicuti Ga nos docebat in ſecundo de temperamentis dum igitur comparamus calidum catarrhum ad frigidum in ma= iori uel minori cibo in eis aſſumendo oportet in reliquis eſſe paritatem hoc dumtaxat exceptoq; unus calidus ſit & alter frigidus decet igitur ponere equalitatem uel non nota= bilem exceſſum in ipſorum quantitate & quod ſi unus eſt in corpore iuuenili, uel ſenili &c. in corpore conſimi= lis etatis ſit, & alter & ſi unus eſt in corpore ca= lide temperature, & alter & quod ſi unus delege= tur ad al quod ignobile membrum, ad conſimile delege= tur & alter addimus autem ad Galeni dicta & exceptis pariter ijs quæ de neceſſitate ſequuntur ad illa inter quæ fit comparatio quoniam neq; illa poſſunt eſſe paria nam ſi ponis catarrhum calidum ſequitur de neceſſitate q; ſit fri gido acutior & magis mordicatiuus & ideo in iſtis mini= me oportet ponere equalitatem poſita itaq; equali & ca= lidi & frigidi cat arrhi quantitate & quod in conſimilibus

& etate

& etate & temperatura inueniantur ſubiectis & quod ad conſimilia delegen.ur membra uidetur utiq; nobis tenuiorē dietam in ungendam eſſe laborantibus catarrho calido q̃ laborantibus frigido propter rationēm ad illam partem inductam ſed in hoc non intendimus amplius inſiſtere forte enim nimium uagati ſumus.

In accidentibus anime dicimus decere iſtos quantum fieri poteſt abſtinere ab omni triſtitia & timore frigefaciunt enim hæc & corpus totum & cerebrum ipſum magis ad huc q̃ in ſe prius frigida eſſent ideo catarrhum augendo noceat gaudium uero quin immo & non tranſcendens limites ira & cor & cerebrum calefaciendo iuuant.

Accedentes autem ad ſpeciales curatiuos canones ſecundum præmiſſas intentiones poſt regimen in ſex illi cauſis neceſſarijs iam expeditum dicimus minorationem materiei in hoc catarrho frigido de quo nunc eſt ſermo ut plurimum magis eſſe neceſſariam quam in catarrho calido quoniam ut multotiens ante diximus cerebrum ſuapte natura pituitoſa magis q̃ bilioſa producit excrementa conſonum itaq; rationi eſt frigidi catarrhi maiorem q̃ calidi eſſe redundantiam quæ medicum cogit ad ſui minorationem quæ ſi facienda erit uidetur nobis optimum minoratiuum eſſe pillulas de hiera cum agarico uel pillulas aſſaiaret cum agarico ut uerbi gratia recape pillularum de hiera ſimplici uel pillularum aſſaiaret.℥.1.agarici preparati.ʒ.$\frac{1}{2}$.fiant pillule.s.cum aqua bettonicæ capiat patiens hora ſomni quæ eſt per tres horas poſt cenam ſed quod non parum nobis affert admirationem eſt quod neq; paulus neq; Aetius in catarrho curando ſeu de calido docuerint ſeu de frigido aliquius ſolutiui

unq̃ meminerunt ſimiliter neq; Alexander dum tuſſim curat quæ uitio capitis ad pectus materiam mandãtis fit. Serapio quoq; nullam pro catarrho docet euacuationem: quin immo & audaciſſimus raſis nono ad almanſorem in catarrhi calidi curatione docuit ſolum uene ſectionem & decoctionem illam lenitiuam in frigido uero nec uerbum dixit niſi in fine capitis breuiſſime pertranſiens inquit quod ſi neq; calor neq; rubeo in facie fuerint ſuffumigatio fiat ex coſto aut thure hæc nanq; ſuffumigatio fluxum reſtringit: ſimiliter & in libro diuiſionum capite. 18. in quo prius docet curare coryzam, & poſtea catarrhum nullius penitus ſolutionis meminit, ſed ſolum in catarrho cum febre iubet flobbothomiam Auicenna uero ſæpius loquutus de inciſione uene pro cura catarrhi & ſimel de uentris ſolutione abſq; hoc quod de particulari aliquo ſolutiuo meminerit tandem rediens ad hos ſermones dixit Materiei autem minoratio eſt cum adminiſtratione mundificationis capitis in calida quidem cum flobbothomia & ſolutione uentris educente humores calidos & clyſteribus trahentibus materiam ad inferiora & in frigida quidem cum medicinis ſoluentibus phlegma ex capite quæ ſunt ex eis quæ bibuntur & quibus fiunt clyſteres.

Iohannes uero Meſue ſolus determinauit de ſolutiuo dixit enim in frigida uero cum pillulis cochijs et hiera pigra cum aqua paſſulorum & hiera diacoloquintide & ſimilia.

Et forte Greci illi auctores pariter & prænominati Arabes hanc minorandi materiei intentionem ſubticuerunt uel præſupponentes ipſam notam & expreſſam ex dictis in curatione multorum aliorum cerebri affectuum ab humorum re

dundantia pendentium uel quod magis credimus & magis ueritati conſonat cauſa fuit quoniam ut Galenus ſepe numero dicit cerebri redundantia per nares potiſſimum ac etiam per palatum euacuatur nec unquam meminit de uia ſeceſſus uel urine uel alterius euacuationis.

Qua minorande materie intentione iam expedita ſequitur ipſius ſi ad aliquod nobile membrum fluat diuertende intentio quam forte non eſſe necæſſariam putaret aliquis propter Auicenne dictum Fen.7.tertij capite de cura doloris dentium ubi inquit & oportet ut incipiatur in principio cum eis quæ infrigidant & repellunt in omnibus illis quamuis ſit illud in materia calida plus necæſſarium et in groſſa minus non tamen ex hoc dicto eſt abneganda intentio diuertendi in materia frigida ſi accedat ipſam ad aliquod nobile membrum fluere nec hoc ſenſit Aui.licet dicat ipſam in materia craſſa eſſe minus necæſſariam,eſto enim quod frigida materia craſſa ue non ita commode ſicut calida & ſubtilis retrocedere & a membro ad membrum protrahi apta ſit retrocedit tamen & protrahitur ualentibus adhibitis ingenijs ea propter ſi aut frictionibus aut cucurbitulis aut ligaturis aut clyſteribus aut quibus uis alijs ingenijs ſeu Auxilijs ipſius diuerſionem facere aggrediemur necæſſe eſt illa fortiora eſſe ijs quibus ſubtilis calidiq; materie diuerſionem aggredi tentamus ubi enim maior eſt reſiſtentia fortiore & ualentiore agente opus eſt.

De uomitu uero pro diuerſione ipſa iam paulo ante diximus ipſum non ita conuenire in catarrho frigido ſicut in calido frigidi enim ſucci craſſiores ſunt & grauiores Graue autẽ non ſine magna uiolentia & impetu ſurſum fertur.

Poſt hæc ueniendum eſt ad materie equationem quo ad facilem expulſionem fortioribus exoluentibus exequendam ſit parata, ſunt autem pro hac intentione perficienda diuerſa ingenia ſed primum quidem & potiſſimum ſunt & qui ſubtiliant & qui incidunt ſyruppi uerum ualentiores haud quaquam a principio ſunt adminiſtrandi ſed incipiendum eſt a debilioribus in hoc genere paulatim procedendo ad fortiores ſi forte debiliores non ſuffecerint, & ut ad particularia ut promiſimus deſcendamus exhibeatur in primis iſte. Syruppus recipe Syruppi de duabus radicibus de ſticados ſimplicis ana 3.6. oximellitis ſimplicis once. $\frac{1}{2}$. aquarum fceniculi bettonicæ abſinthij ana once. 1. miſce & exhibeantur ut prædiximus per duas horas poſt leuem cenam & iam ſuperius induximus rationem & Auctoritates tum Rabi Moiſes tum Auicenne quod quæ pro cerebro & pro alijs capitis partibus adminiſtrantur exhiberi debent poſt cenam quod euidentius adhuc habemus expreſſum ab Auicenna Fen. 6. tertij capi De curationibus lingue ubi dixit & quandoque eſt curatio ipſius cura propria cum potionibus euacuantibus fluxu uentris quæ ſunt magis iuuatiue q̄ illa quæ uomitum faciunt & permutant complexionem & poſt pauca ſubdit & opportunius quidem bibuntur iſta poſt cibum ecce non ſolum pillulas ſed & potiones ſolutiuas Auicenna exhibet poſt cibum. I terea dum Syruppi adminiſtrantur ſtudeat diligens Medicus ut laborantis aluus omni die leniatur & conueniunt in hoc caſu clyſteres admodum fortes qui teſte Aetio ut ſuperius induximus diuturnas ſanant deſtillationes & nos ad faciliorē doctrinā unū hic deſcribemus recipe Mercurialis ſicle Malue paritarie

ana m̄. cartami centaureæ ana m̄. $\frac{1}{2}$. Buliant in aqua et de dicta decoctione recipe lib. 1. $\frac{1}{2}$. olei cōmunis onc. 3. uel 4. Zuchari rubei mellis roſati colati ana onc. $\frac{2}{1}$. hieræ pigre electuarij lenitiui ana. 3. 5. uitellorum ouorum numero duo ſalis. 3. 3. miſce &c. Quod ſi uis clyſterem iſto fortiorem adde in decoctione de polipodio & loco hieræ pigre pone hieralogodion & ſi uirtus tollerat fiat omni die ſin minus ſaltem alternis diebus: poſtquam autem ex fidelibus ſignis apparabit humores aliqua ex parte recepiſſe concoctionem laudamus ut non expectata completa ultima concoctione ut multi mali medici faciunt humores euacuentur fiatq; euacuatio hæc cum pillulis cochijs quibus addatur aliquid pillularum de agarico meſue non erit malum ut talis ſit compoſitio recip. pillularū cochreru m. ℈. 2. de agarico meſue. 3. $\frac{1}{2}$. fiant pillule. 3. uel. 4. cum aqua bettonicæ capiat per duas uel tres horas poſt leuem cœnam.

Qua ſecunda euacuatione facta uidetur nobis iam tempus inſtare ut laboranti uinum concedatur paucißimum tamen & ipſum quidem non bibat niſi ſit debite aquæ permixtum adiuuabit nanque hoc tempore uinum ad perficiendam humorum ſemicoctorum concoctionem ut ſuperius ex Galeno induximus atq; etiam ſudorem & urinam ciet unde humor minorabitur.

Qua ſecunda uacuatione adminiſtrata laudamus ut & caput purgia et gargariſmata omnino fiant & caput purgia conuenientia in catarrho frigido ſunt quæ fiunt ex ſucco ſicle & fortiora eis ſunt quæ fiunt ex aqua uel ſucco ſanſuci, & fortiora adhuc ſunt quæ fiunt ex ſucco arthanicæ uel ex ſucco radicum ireos ad ſucum uero ellebori uel euforbij

accedere non laudamus. Gargariſmata autem fiant incipiẽdo aleuioribus ut ex aqua ordei in qua decoctũ ſit mel aut ex aqua ordei cum melle roſato aut cum oximellite ſimplici & fortiora ſunt quæ fiunt cum aqua mellis & oximellice compoſito cum radicibus aut cum oximellice ſcyllitico hiera quoq; diſſoluta in aqua bettonicæ uel hiſopi uel cum aqua mellis ualentiſſimum eſt gargariſma.

Quod ſi res non adhuc eo deducta ſit ut natura non amplius medicorum auxilys egeat immo perſtet adhuc urgens catarrhus rurſus materia concoquenda eſt & rurſus euacuanda & ſint ſyruppi qui ſecundo uel tertio loco adminiſtrantur primis aliquantum potentiores conueniet itaq; iſte ſyruppus Recipe ſyruppi de bettonicas deſticados compoſiti potiſſimum ſi hiens fuerit ſyruppi de iſopo oximellicis ſcyllitici uel compoſiti cum radicibus ana oncæ. ½.aquarũ bettonicæ ſaluie hyſoppi uel meliſſe ana oncæ.i.miſ. & capiat patiẽs hora iam dicta & concocta domum materia uacuetur iterum cũ eiſdẽ pillulis quas deſcripſimus.poſt primos ſyruppos & quoniam excrementoſa cerebri materia non ſolum ſyruppis ut in cura calidi catarrhi diximus equatur uerum & odoratis & pulueribus capiti ipſi ſuperpoſitis ideo & hæc quoq; adminiſtrare conuenit & inter ea quæ odorantur laudatur multum ab auctoribus tam grecis q̃ arabibus melanthium quod multi neotheria nigellam dicunt ſi torrefacta ſic & linteolo illigata & ſepius approximata naribus laborantis ut ipſam odoret & nos experti ſumus ſuffumigium ex ea & bene contulit coſti quoq; & ſtyracis aut ſimul mixtorum aut ſeperatorum & odor & ſuffumigiũ multum ualent & xiloaloes quidem & ſ lum & cum ſty

racæ aut liquida aut ſicca mixtum ſimiliter confert itidem & olibanum & myrra & pro ipſa benzui ut ſuperius diximus & poſſunt hæc omnia & naribus iuxta poſita frequenter odorari & ſuffumigium ex eis factum per traiectorium in nares recipi poteſt uel etiam uelato capite linteo ne fumus diſpergatur fumum recipere pulueres quoq; ſup commiſſuram coronalem poſiti & humores cerebri adequāt & cerebrum confortando ipſorum fluxum ſiſtunt & ultra illum puluerem deſcriptum ſuperius ex auenzoni qui in frigido catarrho non lotus in calido uero ſepius lotus cum aqua roſata & poſtea ex ſiccatus imponi debet, nos duos alios ſepius a nobis expertos docebimus ex quorū deſcriptione poterit bene exercitatus medicus alios conſimilis uirtutes elicere.

Primus talis eſt Recipe *olibani, ſandaracæ, macis, ſanſu.ci ſicci, bettonicæ ſiccæ, ana. ȝ. 1. roſarum rubearum ſiccarum, mirtillorum ſiccorū, ana. ℈. 1. miſce. fiat puluis ſubtiliſſimus q ponatur ſupra commiſſuram coronalem eo ordine quem in calido catarrho docuimus.*

Secundus uera puluis eſt iſte Recipe *gariofilorum cinamomi electi, maſticis, macis, benzui pro myrra ana oncæ. 1. nucum cipreſſi, corallorum rubeorum, balauſtiarū ana. ℈. 1. miſce fiat puluis ſubtiliſſimus & ponatur ut alij & nos ſæpius hunc puluerem experti ſumus & inuenimus iſtum deſtillationes tam breui ſiſtere ut & laborantibus & nobis admirabile apparuerit.*

Poſſunt ex huiuſce pulueribus accepta ex eis debita portione cum additione raſine pini & picis naualis quantum ſufficit fieri cerata ſub forma quam in ſermonibus de catarrho

calido docuimus & applicare ea ambabus commiſſuris co=
ronali ſalicet & ſagittali cerata & enim ualentius quam
pulueres deſtillationes ſeu fluxiones profecto ſiſtunt.

Siſtunt & plurima alia in ore retenta uel etiam ingeſta: catar=
rhum ipſum frigidum et horũ quidẽ q̃dã ſimplicia ſunt quæ
dam uero compoſita inter ſimplicia eſt olibanum cuius de=
glutiantur duo uel tria grana quando itur dormitum quæ
ſi inuoluta fuerint in ſyruppo deſticados aut in melle roſa
to colato & magis conferent et facilius ingerentur & nõ
ſolum ingeſta ſed & etiam in ore retenta non parum iu=
uant myrra quoq; ac pro ipſa benzui id ipſum ualẽtius effi=
cit, ſpica quoq; nardi aſſidue in ore retenta, & leuiter con
maſticata breui admodum frigidum catarrhum ſiſtit: pari
modo & cubebe maſticate quæ dolorem etiam capitis ab
humore frigido excitatum ſtatim tollunt aut ſaltem alle=
uiant: coſtus quoq; ac calamus aromaticus (quem aliqui id
eſſe credunt quod neotherici acorum appellant) hoc ipſum
efficiunt chia etiam maſtix quo maſticata pituitam per ſpu
tum expurgat cerebrum & uentriculum haud parum iu=
uant compoſita uero multa ex iam dictis ſimplicibus præpa
rari poſſunt & nos multoties conſueuimus hoc modo pillu
las uel alias formulas componere Recipe olibani, maſticis,
calami aromatici, macis ana . ʒ. I . benzui . ʒ. $\frac{1}{2}$. Refor
mentur pillule in forma plana cum ſyruppo deſticados uel ſi
mili teneat unam pro uice ſub lingua uel quomodolibet ali=
ter in ore ſingulis horis quod ſi patiens cum ea ſic in ore no
ctu retenta dormierit erit expediens ualde ſi qui uero ſint
qui has pillulas ſic in ore retinere recuſent faciant eas præ=
parare ſeu componere in forma rotunda ſicut plurime

pillularum

pillularum conſtrui conſueuerunt & deglutiat unam uel duas uel etiam tres per duas horas poſt cenam uel omni no cte uel ſaltem alternis noctibus licet omni nocte potiſſimum hiemali tempore eſſet melius.

Ratio quoq; experimento addita docuit frigidum catarrhũ qui ex frigida crebri temperatura ortum traxit prohiberi euidenter ex appoſitione ſtuppe canapis uel etiam lini ſuper caput quæ tamen dum apponi debet caleſiat ſuper fumum thuris uel nigelle uel benzui & per ter uel quater intra diem & noctem toties tamen quoties eius applicatio repetetur repetatur prius eius ſuper fumum illum caleſactio.

Debet profecto catarrhus(ſi non omnino contumax ſit)ex tot ualentibus auxilijs adminiſtratis remoueri quod ſi iam delicuit non eſt opus ad alia progredi ſin forte adhuc perſiſtat ad alia fortiora auxilia adminiſtranda tranſeundum eſt,& ipſa quidem quatuor ſunt manerierum primum eſt exhibere tyriacalium ut exempli gratia dare laboranti per duas horas poſt cenam.ʒ.2.tyriacæ electe quod ſi ipſa debita compoſita non inueniatur ut certiſſime putamus ipſam non inueniri loco eius exhibeatur mitridatum quod bene præparatum longe facilius q̃ mitridatũ inuenitur diambra quoq; & diamuſcus dulcis ſublime in hoc afferunt iuuamentum nos etiam hieme ſepius experti ſumus uſum confectionis anacardine & inuenimus ipſam pituitoſos catarrhos & a frigida cauſa excitatos ualentius q̃ quod uis iſtorum radicitus extinguere,minor tamen ipſius quantitas quam aliarius illorum exhibeatur ne forte ipſa ſibrem excitaret, ea propter ſi tyriacæ uel mitridati uel cuuſuis illorum exhibemus ʒ.2.huius confectionis non exhibemus niſi .ʒ.1.uel.ʒ.

L

1. $\frac{1}{2}$. & admiſcemus ei modicam tamen quantitatem ſachari roſati antiqui nec properamus ipſam omni die ſed bis uel ter ad ſummum in hebdomoda hora iam dicta.

Secundum & etiam potens ualde auxilium eſt apponere ueſſicatorium in commiſſura coronali quā ut pre dixímus multi arabum uocant Zuundech & aperta demum ueſica ſuper imponere aliquod quod fluentes inde humiditates attrahat ſicut folia uitis aut caulum aut aliud id genus quod uis nec per multos dies permittatur conſolidari.

Tertia auxiliorum materies ad quā ſolum in antiquatis iam catarrhus uolumus eſſe ueniendum eſt ut infirmus alijs prius expertis & non conferentibus ad aliquem ſe transferat locum in quo aque minerales calide non ſolum potabiles ſed cum guccijs ſint purgato tamen prius toto corpore & ſingulariter capite & ſi quæ ibi ſint aque quæ cerebrum confortandi facultatem habeant ex eis bibat debitis quidem ſeruatis canonibus quos bibentes minerales aquas obſeruare ſolent & tenentur in quibus nunc non inſiſtemus quoniam non ſolum medicas ſed & ipſis etiam balnearum miniſtris notiſſimi ſunt a quo potu abſolutus guccias recipiat incommiſſura ipſa coronali bis in die mane ſalicet ante prandiū & ueſpere ante cenam in quibus etiam guccijs recipiendis debitus & conſuetus ordo non minus q̄ in potu aquarum ſeruari debet.

Duo tamen circa hæc haudquaquam ſilentio pertranſire uolumus quoniam in ipſorum obſeruantia plurimos medicos uidimus ob errare primum eſt ne dum laborantes aquam potant ſuperfluentem ex ea quantitatem ſumant ut multi uel proprio uel malorum medicorum conſilio biberit conſue

uerunt bibunt enim aliqui uno mane non ſolum uiginti quin que uel triginta ſed & quadraginta & ultra quinquagin ta aque cyatos putantes cum medicis qui eis male conſulunt ex maiori illa aque pote quantitate magis iuuari ſed in hoc non imperitos in arte medica laborantes ſed medicos ipſos admiramur quibus ſi ſaperent haud occultum eſſe deberet medicinam(ſi uenenum non ſit) in humano corpore euacuandi munere minime fungi niſi ab humani corporis calore prius ipſa diſponatur uel ut neotherici dicant actuetur ſed quis inſcius credet tantam aque quantitatem in tam breui ſpatio a quouis etiam ualentiſſimo humani corporis calore poſſe actuari & hac ratione ducti nunquam conſueuimus ſupra uiginti aut ad ultimum ſupra uiginti quatuor honeſte & conſuete menſure cyatos audere. At illi qui *ſuper tantam quantitatem audent utiq; plus aque iam bibite per ſeceſſum uel per urinam uel per ſudorem aut etiam per uomitum ab his qui tantum biberunt parum uero ex humoribus emicti uident contra nos humores quidem plurimos aquam uero non multam ab ijs qui conſilio noſtro parce aquam auferunt expelli uidemus.*

Secundum in quo putamus non minus immo longe magis q̃ in primo eſſe erroris eſt guccíarum adminiſtratio in quibuſdam enim Italiæ *partibus et quidem famigeratis conſueuere medici alias docti iniungere patientibus quibus guccias iudicant auxilio eſſe futuras decem uel quindecim uel uiginti uicibus ad ſummum guccias recipere forte ut infirmi impenſis parcant ac temporis longitudini ſed ò quantum a recto curandi ſcopo oberrant iſti dum enim laborantium ſaluti conſulere debent magnum eis incommodum & nocu-*

mentum afferunt ſeptem enim aut decem diebus immo & quindecim & bis quidem in die ut ſit recepte guccie ſuccos ipſos alterant agitant et commouent ſequentes uero ad longos dies ſuccos reſcluunt humiditates excrementoſas ex ſiccant et cerebrum ipſum confortant et propterea (cum bona uenia dictum ſit) Romæ Florentiæ Senis et Peruſie Medici *infirmis ſuis in hoc melius conſulunt dum enim uel ad petrioli uel ad* Sancti Philippi *guccias quæ nullis alijs in* Italia *ſunt ſecundæ uel ad alias conſimiles egros accede re decernunt non ſeptem aut decem immo nec quindecim diebus tantum, ſed triginta aut uigintiquinque aut quod minimum eſt uiginti et quidem bis in die guccias recipere iubent et nos dum* Peruſie *prius poſtea uero* Romæ *ac demũ* Patauij *medicinam profitebamur hoc ipſum obſeruauimus et hinc putamus euenire quod maiora in dies ab illis quam ab alijs in quibus laborante breuiorem moram trahunt proueniunt iuuamenta, et quoniam non omnibus catarrho laborantibus facilitas datur loca gucciarum petere docuimus aliquando domi guccias præparare et eas recipere et pro catarrho quidem frigido iniunximus ut in lixiuio facto ex cinere uitis uel lignorum quercus imponeretur.*

A*lumen et humore frigidiore exiſtente ſulphur aut alia id genus et ex tali lixiuio per cannulam a uaſe conueniente et ad hoc opus idoneo ſiente gucciam recipiebant pro calido uero catarrho docuimus fruſtra ferri ſepius candentia ſepius in aqua extingui et in tali aqua bullire folia roſarum ſiccarum et folia et grana mirti et aliquid camphore et ex illa aqua ab alto per cannulam delabente ſuper commiſſuram coronali recipere guccias et contulit.*

Si uero quis curioſus a nobis quærat poſſint ne calidi catarrhi ceu frigidos poſſe diximus guccijs curari dicemus ei poſſe et eos ſic utiq; curari et licet rare admodũ ĩ Italia *guccie ſint quarum minera frigida ſit multe tamen inueniuntur minerales aque quæ profecto frigide ſunt et ipſarum uſus in potu frequentiſſimus eſt quarum licet neq; paratas guccias neq; conſuetas habeamus quid tamen prohibet eas artificialiter præparare.*

Nos dum Romæ *eſſemus inter multos quos catarrho laborantes curandos ſuſcepimus fuit* Illuſtriſſimus Dominus Franciſcus Columna Dominus Zacharoli. *Vir quidem in armis ſtrenuus qui catarrho intenſe ſatis calido laborabat cui poſt multa adminiſtrata auxilia catarrho adhuc perſeuerante iniunximus ut ad balnea* Sancti Caſſiani *ſe conferret eſt* Sanctus Caſſianus *oppidum quod olim ab urbeuetanis poſſidebatur poſtea uero a* Senenſibus *ui occupatum inter ſenarum caſtra hodie enumeratur impoſuiq; ut ibi aliquibus diebus celebratiſſimarum balnearum deſcancella aquã quæ a prædominio frigida eſt biberet ac demum impleto dolio ex dicta aqua et in altum ſituato per cannulam huic miniſterio conuenientem et idoneam illius aque gucciam reciperet quod quidem (quia inconſuetum) plurimis* Romanis *ac demum illius prouinciæ medicis extraneum ualde uiſum fuit dicebantq;* Illuſtriſſimo Domino *non extare memoriam quod aliquis unquam ex illa aqua guccias recepiſſet paruit tamen conſilio noſtro Dominus et plurimos dies illa recepta guccia miro modo a catarrho conualuit ita ut prius ad deambulandum equitandumq; impotens receptis guccijs antea quam ab alneis diſcederet et ambulare et feroeiſſimos*

e quos aſcendere et ipſos ad curſum citare cõmode poſſet.
Quartum & ultimum remedium ſeu ingenium quod licet ſit ordine ultimum uirtute tamen de cauterio & excellentia omnibus eſt prius neq; infrigido catarrho ſiſtendo aliud ſibi compar inuenitur eſt actuale cauterium cuius tamen Grecorum nullus cuius ſcripta ad manus noſtras peruenerint in ſermonibus de cura catarrhi meminit neq; etiam inter Arabes aliquem legimus qui ipſius meminerit niſi Auicennam & Ioannem Meſue Aui.enim capite proprio de cura catarrhi dixit & quandoq; eſt neceſſaria adminiſtratio medicinarum rubificantium ita ut in eis recipiantur ſtercus columbinum cum ſinapi & ficus & mentraſtum & gummi rute agreſtis immo adminiſtratio cauterij & ad ultimum calefactio capitis & ipſius exſiccatio conferunt & expellunt illud quod accidit &c.Meminit ut apparet Aui. hic de cauterio in catarrho non tamen expreſſit locum in quo fieri debeat,cuius uera & ſufficiens cauſa fuit quoniam iam determinauerat hoc Fen prima tertij capite illo aureo cum materiam euacuare uoluerimus ubi de cauterio poſuit ſermones uniuerſales pro capitis egritudinibus particulares uero de loco ĩ quo fieri debet dixit.n.ex eo autẽ in quo materie humorũ diuerſe quæ ſunt incapite comunicãt ſecundũ intentionem cauterizantium eſt ut fiat cauterium ubi perueniunt index & auricularis ipſos extendendo uel menſurando ab extremitate naſi aut ubi peruenit medietas fili cuius longitudo eſt ab aure ad aurem capite prius raſo : Iohannes Meſue etiam in capite de cura catarrhi poſtq̃ laudauit rubificantia & ueſſicatoria poſita ſuper commiſſuram coronalem inquit quod ſi hoc non contulerit cauterizetur in eodẽ

loco & dimittatur tempore extenſo & ſit locus cauterizationis ubi terminatur maior digitus poſtq̄ radicem manus in extremo narium poſuerit.

Nos circa cauterij adminiſtrationem quatuor examinabimus primum utrum ſicut in materia frigida in dubie conuenit ſic & in calida poſſit tute adminiſtrari Secundum erit de modo inueniendi locum conmiſſure ſuper qua cauterium ipſum fieri debet: Tertium quale debeat eſſe inſtrumentum quo pro ipſo utimur: Quartum uſq; ad quem terminum procedere debeat.

Et de primo quæſito credimus nos cauterium in omni materia tam calida q̄ frigida utique conuenienter poſſe adminiſtrari, conuenire tamen magis, & tutius adhiberi in frigida q̄ in calida, calida.n. exiſtēte materia uidetur cauteriū aliquod afferre poſſe nocumentum propter caliditatem quam candens igne inſtrumentum in cerebrum aptum eſt imprimere ſed prudens medicus hic minime oberrabit ſi nanq; calidi catarrhi ſit cauſa frigida (ut accidere poſſe iam oſtendimus) tunc caliditas per cauterium acquiſita tunc utiq; caliditas per cauterium acquiſita frigide illi calidi catarrhi cauſe contra operabitur qua remiſſa & catarrhus ipſe remittetur quod ſi accidat calidi catarrhi cauſam quoq; calidam eſſe cautius profecto cauterium eſt adhibendum neq; niſi maxima neceſſitate cogente fieri debet quod ſi ipſum adminiſtrare omnino cogamur illico caput circum circa infrigidantibus lenimentis in ungi faciemus quorum ualentiſſimū eſt oleum roſaceum onfacinum mirtinum quoq; ut ipſi experti ſumus eſt iuuatiuum ualde immo & aqua roſacea caput aſpergere in caſu hoc profecto conueniet ex qua capitis

refrigeratione certiores erimus ſi quod ex caliditate illa nocumentum accidet longe minus futurum q̄ adiumentū quod cerebrum confortando, & catarrhum intercipiendo conſequemur & huic noſtre opinioni ſubſcribit uulgatiſſima illa Auicenne *auctoritas prima tertij cap. ultimo primi tractatus ubi inquit ex eo autem in quo materie humorum diuerſe quæ ſunt in capite comunicant ſecundum intentionem cauterizantium eſt ut fiat cauteriū &c.* Quod *dictum à melioribus expoſitoribus interpetratur & quidem recte quod per diuerſas materias quæ ſunt in capite intelligat* Aui. *& calidas & frigidas & ibi profecto non laudamus* Iacobum *de partibus alias uirum doctum qui ut deuiaret ab aliјs expoſitoribus expoſuit per diuerſas materias malos humores diuerſas egritudines producentes ut malus eſt humor excitans morbum comitialem & materia ueteris acuti reumatis &c.* Quod *totum eſt ualde puerile apparet non minus ex eius dictis intellexiſſe & ipſum per illa uerba & calidos & frigidos humores huic quoq; opinioni à ſtipulatur raſis primo continentis capite nono qui inde cura cacubut prouenientis à materia aduſta adminiſtrat cauterium credens maius inde futurum iuuamentum q̄ nocumentum ſit ſi quod ſequitur quemadmodū in febribus ab oſtructionibus pendentibus ſi pro obſtructionibus remouēdis frigida nobis nō ſuffecerint utimur calidis aperiētibus ſperātes iuuamentū flabellādi lōge maius eſſe q̄ nocumentū ſit ex febre tātiſper aucta ipſa enim dū corpus tranſpirat facilius remouetur pro ſecūdo uero quod in cauterio promiſimus docere dicimus uarias admodū inueniri auctorū ſentētias de modo inueniendi commiſſurā coronalem quam ut diximus plures*

arabum

arabum uocant Zuundech Raſis nanq; loco paulo ante in=ducto dicit et inuenit locus ille hoc modo pone extremũ uo=le manus ĩ extremo naſi et mẽſura cũ tota manu et extẽde ipſam indirecto ſuper frontem et caput et ubi erit finis ma=nus addito oſſe digiti ibi inuenitur locus etc. In qbus uerbis Raſis profecto minime dat nobis certũ callẽ inueniendi cõ=miſſure locum propter duo quæ ipſe non clare aut diſtin=cte docuit primum eſt quòniam non dixit ſuper qua naſi extremitate ponenda ſit uola manus an ſalicet ſuper illa quæ eſt uicina labijs in qua nares exiſtunt an ſuper illa quæ eſt iuxta cilia & hoc idem dubium dereliquit etiam in dictis ſuis Auicenne: quæ ſuperius inſeruimus Secundum quod ad huc magis confuſum et dubium eſt in dictis Raſis quoniam non explicat cuius digiti os addendum ſit extenſa iam manu: Auicenne: uero licet in uerbis ſuperius poſitis digitos nominauerit qui extendi debent incipiendo a radice naſi indicem ſalicet & auricularem maius tamen dubium dereliquit quoniam modum non expreſſit quo illi digiti ex=tendi debeant.

Ioannes autem Meſue breuius quàm iſti et adhuc tantiſper cla=rius locum cauterij docuit dixit enim ut etiam ſuperius an=notauimus & ſit locus cauterizationis ubi terminatur ma=ior digitus poſtq̃ radicem manus in extremo narium poſue=rit docuit ipſe quidem ut apparet quem digitum intelligat quia maiorem qui uere medius eſt docuit & quam naſi ex=tremitatem intelligat quia dixit in extremo narium Aui. autem non contentus primo modo menſure ut qui ſit in quo multoties accidit error tum propter quantitatis manuum di=uerſitatẽ tum propter diuerſitatem longitudinis digitorum

pariter & naſorum ſi manus ponatur in extremitate narium tum etiam propter diuerſas capitis figuras poſuit alium modum menſurandi & dixit aut ubi peruenit medietas fili cuius longitudo eſt ab aure ad aurem capite prius raſo & nos admiramur quoſdam Auicenne interpetres qui dicunt filum hoc protrahendum eſſe ab aure ad aurem tranſeundo ſuper naſum ſed ò inſi lſi homines ſi ſuper faciem & naſum filum eſt protrahendum eſt quid opportuit Auicennam dicere capite prius raſo nam protrahendo filum ſuper faciem ab aure ad aurem poſſunt capilli poſt aures reponi & menſuram non impedient.

Verus igitur uerborum ſenſus eſt quod extremitas fili ponatur inſummitate unius auris & protrahatur ſuper caput prius raſum donec perueniatur ad ſummitatem alterius auris & tunc ibi ſandatur filum et deinde complicetur taliter ut ambe ipſius extremitates ſe contangunt & tunc iterum ſandatur ita ut fiant due medietates omnino equales quarum una protrahatur ab extremitate naſi quæ eſt prope cilia per medium frontis uſq; ad commiſſuram coronalem altera uero fili medietas trahatur ab extremitate ſuprema unius auris ſuper caput donec perueniat ad contangendum extremitatem alterius medietatis fili per frontem protracte & locus inquo extrema illarum duarum medietatum fili ſe contangunt eſt uerus locus in quo coronalis & ſagittalis comiſſure ſe contangunt & ut dixerim coniunguntur & uerus locus inquo fieri debet cauterium & hac uia per maiores inuenta & per nos completa dum cauteria adhibuimus ſemper inceſſimus quæ raro admodum nos feſellit cum tamen ſepius q̄ qui uis alter medicus in morbis cauterium expo-

ſcentibus cauterio uſi ſimus inuenimusq́; modum iſtum perquirendi commiſſuras multum conuenire cum modo altero quo ſimul cum dicto frequenter utimur & eſt ut raſeta uolę manus ponatur ad radicem naſi prope cilia & extenſa per frontem manu locus cauterizandi eſt ubi peruenit extremitas medij digiti bene extenſi peruenit & enim ut plurimum in locum in quo coniunguntur extrema illarum duarum medietatum fili extenſarum ut diximus nec huius inuenti(ut quod inter nature arcana ſit connumerandum)ratio aliqua ſed ſola experientia reddi poteſt & ex hoc nonnunq̄ fallentias admittit.

Quale autem eſſe debeat inſtrumentum quo cauterium adminiſtratur quod tertio loco enarrare promiſimus duo uidetur querere primum Aureum ne aut ferreum debeamus eligere tantum enim horum altero cauteria ſolent adminiſtrari Secundum qualis illius inſtrumenti conuenientior ſit figura à quibus nos breuibus ab ſoluentes dicimus ad primum & Aureum et ferreum conuenire neq; multum intereſſe utro uis iſtorum fiat pro magnis tamen & delicatis ad pompam magis & fauſtum aureum eligimus in quo profecto maius aliquid eſſe confortationis credimus pro cumuni autem hominum ſtatu ferreo frequentius utimur quod quidem magis uidetur imprimere uulgaris autem illa iſtantia quæ de Aureo fieri ſolet quod ex colore quando perfecte ignitum ſeu candens erit haudquaquam recte cognoſci poſſit ex ingenioſa ab exercitatis practicis inuenta cautela iam diu eſt remota ut ſalicet dum aureum inſtrumentum igni imponitur ſimul et ferreum ibidē imponatur quumq; ferreum candens erit,erit procul dubio candens et aureum.

pariter & naſorum ſi manus ponatur in extremitate narium tum etiam propter diuerſas capitis figuras poſuit alium modum menſurandi & dixit aut ubi peruenit medietas fili cuius longitudo eſt ab aure ad aurem capite prius raſo & nos admiramur quoſdam Auicenne interpetres qui dicunt filum hoc protrahendum eſſe ab aure ad aurem tranſeundo ſuper naſum ſed ò inſi lſi homines ſi ſuper faciem. & naſum filum eſt protrahendum eſt quid opportuit Auicennam dicere capite prius raſo nam protrahendo filum ſuper faciem ab aure ad aurem poſſunt capilli poſt aures reponi & menſuram non impedient.

Verus igitur uerborum ſenſus eſt quod extremitas fili ponatur inſummitate unius auris & protrahatur ſuper caput prius raſum donec perueniatur ad ſummitatem alterius auris & tunc ibi ſcandatur filum et deinde complicatur taliter ut ambe ipſius extremitates ſe contangunt & tunc iterum ſcandatur ita ut fiant due medietates omnino equales quarum una protrahatur ab extremitate naſi quæ eſt prope cilia per medium frontis uſq; ad commiſſuram coronalem altera uero fili medietas trahatur ab extremitate ſuprema unius auris ſuper caput donec perueniat ad contangendum extremitatem alterius medietatis fili per frontem protracte & locus inquo extrema illarum duarum medietatum fili ſe contangunt eſt uerus locus in quo coronalis & ſagittalis comiſſure ſe contangunt & ut dixerim coniunguntur & uerus locus inquo fieri debet cauterium & hac uia per maiores inuenta & per nos completa dum cauteria adhibuimus ſemper inceſſimus quæ raro admodum nos feſellit cum tamen ſepius ꝙ quiuis alter medicus in morbis cauterium expo-

ſcentibus cauterio uſi ſimus inuenimus q́; modum iſtum per quirendi commiſſuras multum conuenire cum modo altero quo ſimul cum dicto frequenter utimur & eſt ut raſeta uo=le manus ponatur ad radicem naſi prope cilia & extenſa per frontem manu locus cauterizandi eſt ubi peruenit ex=tremitas medij digiti bene extenſi peruenit & enim ut plurimum in locum in quo coniunguntur extrema illarum duarum medietatum fili extenſarum ut diximus nec huius inuenti(ut quod inter nature arcana ſit connumerandum)ratio aliqua ſed ſola experientia reddi poteſt & ex hoc non=nunquam fallentias admittit.

Quale autem eſſe debeat inſtrumentum quo cauterium admini=ſtratur quod tertio loco enarrare promiſimus duo uidetur querere primum Aureum ne aut ferreum debeamus eligere tantum enim horum altero cauteria ſolent adminiſtrari Secundum qualis illius inſtrumenti conuenientior ſit figura à quibus nos breuibus ab ſoluentes dicimus ad primum & Aureum et ferreum conuenire neq; multum intereſſe utro uis iſtorum fiat pro magnis tamen & delicatis ad pompam magis & fauſtum aureum eligimus in quo profecto maius aliquid eſſe confortationis credimus pro cumuni autem hominum ſtatu ferreo frequentius utimur quod quidem magis uidetur imprimere uulgaris autem illa iſtantia quæ de Aureo fieri ſolet quod ex colore quando perfecte ignitum ſeu candens erit haudquaquam recte cognoſci poſ=ſit ex ingenioſa ab exercitatis practicis inuenta cautela iam diu eſt remota ut ſcilicet dum aureum inſtrumentum igni imponitur ſimul et ferreum ibidē imponatur quumq; fer=reum candens erit, erit procul dubio candens et aureum.

Pro ſecundo uero dicimus conuenientem illius inſtrumenti figu ram multiplicem eſſe ſed ſat ſit ad preſens trium meminiſſe et prima quidem eſt oliualis ad formam ſcilicet grani oliue uel ipſius oſſis Secunda ab hac prima non multum diſtans eſt figura glandis cum ſua coppula nec niſi pro modo cop= pule differt à prima et ſub hac Secunda figura nos magis diligimus conſtructa eſſe inſtrumēta quibus cauteria admi niſtranda iniungimus uidemur enim ex hac figura reddi ſe= curiores ne cauterium nimium in altum penetret ut paulo= poſt docebimus Tertia figura eſt per modum tau. T. ut et coronalis et ſaggitalis commiſſure ſimul cauterizentur.

De quarto uero principali uidelicet uſq; ad quem terminum per uenire debeat inſtrumentum iam perfecte ardens dicimus breuibus debere attingere ad pericraneum quod uel tunc ab oſſe ſeperetur uel ſaltem ſtatim remota eſcara quod uero Aliqui dicunt cauterium debere peruenire uſq; ad medi= um prime tabelle cranei aut quo ſaltem prima ſuperficies nigreſcat non laudamus uidimus enim duos propter iſtum modum cauterizandi obticis neruis nimium exſiccatis ui= ſum amiſiſſe et quoniam non omnium hominum cutes ſuper craneum eiuſdem ſunt craſſitiei immo alique craſſe ualde alique uero nimium tenues et rurſus alique inter craſſitiem et tenuitatem medie exiſtunt id circo non equaliter in om= nibus debet cauterium deorſum immitti immo in aliquibus magis ut in his quorum craſſior eſt cutis minus uero in his quorum cutis tenuis eſt medio autem modo in his quorum mediocris quoq; craſſitiei cutis eſt ad quod aduertentes pro= curauimus ſemper ut chyrurgi quos opus hoc perficere, uo= lumus duas uel tres habeant laminas ferreas ad modum

ſubtiles ad magnitudinem unius carleni ita in medio perfo-ratas ut inſtrumentum ipſum quo cauterium conficiendum eſt aut oliualis figure ſit aut glandis non poſſit totum per foramen illud penetrare immo in parte craſſiori retineatur et ijs preparatis quum cauterium perfici debet iubemus ut ſuper locum ſignatum cauterizandum ponatur una uel due illarum laminum cuius foramen ſit pirami aliter ſuper loco ſignato ſi enim craſſior eſt cutis unam tantum uel nullam ponimus ſi uero tenuior duas quod ſi ad huc magis tenuis tres et hic modus nunquã decipiet prudentẽ medicũ immo in opere felicitabitur et hæc pater Beatiſſime pro ſalute tua potiſſimum acceſſorie uero pro comuni et poſterum quoq; utilitate uiſa ſunt nobis in cura catarrhorum tanquam meliora et experta digna recenſeri, tu felix et diu uiue.

FINIS.

Errores in imprimendo commiſſi

In Epiſtola facie prima verſu 18. Dicit tam, lege atã In tractatu folio primo facie prima verſu 21. dicit habere, lege habens folio 2. facie 2. verſu 10. dicit cunalis, lege canalis, folio 4. facie prima verſu 4. dicit murabus, lege myrabus, & verſu 12. dicit eſſet, lege eſſe, & verſu penultimo dicit aliquis vero ſuperfluit vero, Et folio 5. facie prima verſu 11. dicit etiam, lege eſſe, & verſu penultimo dicit catarrhi de, lege &, Et folio 7. facie 2. verſu 22. dicit frigida, lege frigide. folio 8. facie prima verſu 3. dicit ad aliquam effectum, lege aliquem. folio 10. facie 2. verſu 27. dicit vel qua, lege quis. folio 11. facie 2. verſu 27. dicit Gallenũ, lege Galenũ. folio 14 facie 2. verſu 8. dicit dictum fuit, lege poſitũ & verſu 12. dicit aptu petentia, lege appetẽtia. folio 16. facie prima verſu 21. dicit iam diximus, lege alias diximus & facie 2. verſu 19. dicit tralignus, lege tralianus. folio 17. facie prima verſu 15. dicit referatur, lege reficetur. folio 18. facie prima verſu 26. dicit greci ipſa, lege ipſi. folio 20. facie prima verſu 21. dicit eas, lege eos & facie 2. verſu 27. dicit tria dicimus, lege elicimus folio 21. facie 2. verſu 24. dicit doloris capiti, lege capitis. Et folio 23. facie prima verſu 21. dicit, vt cum, lege &. folio 25. facie prima verſu 23. dicit de morte, lege de mente folio 27. facie prima verſu 3. dicit a brachis, lege a brachiis & verſu 27. dicit humorem redundantia, lege humorum, & verſu 28. dicit ipſum, lege ipſam. folio 28. facie prima verſu 11. dicit in propoſitu, lege in propoſito, & facie 2. verſu 11. dicit vomita, lege vomitiua. Et folio 29 facie 2. verſu 7. eſt vna parentiſis que non debet eſſe. folio 30 facie 2. verſu 20 dicit caſſie fiſtule. 3. 1. lege. 3. 10. folio 33. facie prima verſu 20. dicit quippe tenis, lege tenuis & verſu 23. dicit & fic